De legibus libri

Marcus Tullius Cicero

Digitized by Google



Digitized by Google

878
C7Dg
V13
1883

Digitized by Google

M. TVLLII CICERONIS

DE LEGIBVS LIBRI

Digitized by Google

Digitized by Google

Cicero

M. TVLLII CICERONIS

DE LEGIBVS LIBRI

7005-2

EX RECOGNITIONE

IOHANNIS VAHLENI

ITERVM EDITI

BEROLINI

APVD FRANCISCVM VAHLENVM

MDCCCLXXXIII

Digitized by Google

LIPSIAE TYPIS BREITKOPFII ET HAERTELII.

Digitized by Google

PRAEFATIO

Emendatio librorum de legibus fide duorum codicum Vossianorum nititur, quorum qui aetate prior est (84 = A) ab earum rerum peritis undecimo saeculo scriptus dicitur, alter (86 = B) duodecimo. eos libros liberalitate uirorum praestantissimorum, qui bibliothecae uniuersitatis Leidensis praesunt, huc transmissos post Bakium Halmiumque denuo excussi testimoniaque eorum plene et diligenter exposui. quorum librorum cum recentiorem non esse ex altero descriptum certa indicia euincant, tum ex eodem fonte ambos manasse insignis eorum in maximis minimisque similitudo persuadet. sed uterque codex suum expertus est correctorem. a quibus quae profecta sunt, adeo inter se conspirant, ut ea quoque eandem prae se ferre originem uideantur. et Vossianum A quidem qui perpurgauit nescio quo elegantiae studio ductus radendo fere primitiuas scripturas deleuit et ubi uel litterae syllabaeue correctione defungi posset, saepe tota uocabula abrasit. uerecundius alterius libri corrector operam in ea re sumpsit, in quo

fere primitiuae et correctae scripturae una cognoscantur. ita fit ut cum ambo libri pari sint auctoritate, utilitate tamen recentior sit saepe superior. sed sunt etiam loci, quibus neutrius codicis testimonio primitiua scriptura constet. ibi in subsidium recensionis codex Heinsianus (118, saec. XII) succedit, qui in plurimis cum Vossianis consentit, alia arbitrio correcta habet, sed nonnulla tenet, quae e communi fonte nata, si quid obscuritatis est scripturae in A aut B, commode illustrant. hunc ego non uidi sed scripturas, quas attuli, ex Halmii commentariis petii, posui autem non omnes sed eas tantum quas aut eam ob rem quam dixi aut aliis certis rationibus utiles esse duxi. quae praeterea in promptu fuerunt scripturae codicis Laurentiani siue Lagomarsiniani 11 a Reifferscheidio excerptae, iis usus non sum, quia cumulare inutiliter testimonia nolui, is autem liber etsi recte inter bonos refertur (n. mus. Rhen. XVII 295), tamen nihil adiuuat eum cui Vossianis uti liceat et ne Heinsiani quidem utilitatem aequat.

Ad Vossianorum igitur memoriam uerba Ciceronis recensui, quae iam in eo libro, unde reliqui ducti sunt, omni genere uitiorum inquinata legebantur. ac multa menda, leuiora praesertim, correctores eorum sustulerunt, quamquam iidem haud raro bona deprauarunt aut corrupta corruptiora dederunt: alia in Heinsiano emendate scripta sunt, et bona pars probarum emendationum ex aliis libris hauritur, qui nulla auctoritate eum tantum usum habent, ut per grassantem interpolationis temeritatem subinde uere inuenta praebeant. id genus librorum, quod praeter Leidenses adhibui, dete-

riorum nomine comprehendi, quorum lectiones selectas quas in adnotatione posui e Dauisii, Goerenzii, Moseri, Bakii, Feldhuegelii commentariis collegi. at uel sic restant non paucae emendationes, quae inde ab ultimis ut uidetur editionibus propagatae certo auctore carent. quas licet credibile sit magnam partem et ipsas e codicibus promptas esse, ego non potui nisi editionum nomine afferre: alias eorum editorum nominibus insigniui, in quorum libris primum apparent.

Vetustiorum autem editionum paucas tantum tractaui, nullam antiquiorem Ascensiana a. MDXXI, quam excipit ea, qua Petrus Victorius a. MDXXXVI et uerba Ciceronis castigauit et difficiliorum quorundam locorum castigationes explanauit. deinde Roberti Stephani librum a. MDXXXVIII, cui non dubito principem inter illius aetatis editiones locum assignare, quo libro quod Victorii quoque 'castigationes' receptae sunt, perperam a nonnullis pro Victoriana habetur, quam in his de legibus libris multis nominibus superat. praeterea et Camerarii editionem a. MDXL Ascensianae Victorianaeque similiorem illam quam Stephanianae uersaui et eam quae ex Caroli Stephani officina a. MDLIIII prodiit, in qua quae ex 'uetere' adnotantur lectiones eas sciendum est in his quidem libris non esse e codicibus sed ex uetustioribus editionibus ueluti Roberti Stephani excerptas. denique Lambinianam a. MDLXV, quae sola ueram Lambini recensionem exhibet, qui et correxit nonnulla tacite et alia in additis adnotationibus explicauit.

Atque hi quidem legum libros una cum pluribus aut omnibus Ciceronis scriptis uulgauerunt: eorum

autem editorum, qui illo saeculo hoc opus peculiaribus libellis edendum curauerunt, nemo melius de eo et emendando et enarrando meritus est Adriano Turnebo. cuius tres editiones mihi praesto fuerunt, prima anno MDXXXVIII h. e. eodem quo Roberti Stephani liber emissa, ut utri eorum egregias quasdam emendationes tribuas in ambiguo sit; ea editio non uerba Ciceronis sed commentarium tantum Turnebi complexa editoris nomen in praefixo acrosticho tenet; secunda a. MDLII et tertia a. MDLVII Ciceronis libro a Turnebo recognito eiusdem commentarios correctos et auctos subiiciunt.

Nihil dico de recentiorum criticorum curis, quorum inde a Dauisio alius plus alio, nemo non aliquid bonae frugis ad perpoliendos hos libros attulit, ceteros autem Maduigii praeclarum ingenium antecessit. sed etsi non sine industria emendationum praesertim antiquitus factarum auctores indagaui, tamen fateor operam in ea re positam meam mancam exiisse, et tamen utilius putaui, progredi quo possis, quam ne inchoatam quidem hanc partem relinquere. nolui autem congerere quidquid a quibusuis labente tempore coniectatum fuerit. nam ante monstratam a Maduigio uiam et rationem patefactosque Bakii Halmiique beneficio sincerae scripturae fontes quid mirum homines doctos ceteroquin et acutos saepe operam emendando perdidisse, et postea opinio compluribus probata sed nullis certis argumentis firmata, inchoatos ac rudes hos libros a Cicerone relictos et additamentis alienae manus multifariam auctos et deformatos esse, emendationis successui non mediocriter offecit. quod contra ex diuturno usu eam esse horum librorum condicionem mihi persuasi, primum

ut temporum iniuria culpanda sit, qua per interitum nonnullorum archetypi codicis foliorum tam in exitu operis a Cicerone quidem absoluti quam in mediis libris superstitibus maiores minoresue partes interciderint: deinde ut non tam inconsultum correctoris arbitrium quam inconsiderata librariorum incuria hanc speciem procrearit, qui in eam maxime partem peccauerint, ut earundem similiumue uocum aut syllabarum repetitione decepti uoces singulas aut etiam plures atque adeo totas sententias scribendo omitterent. ea igitur medendi uia prae ceteris ecquid forsitan proficerem periclitatus sum, quam ipsa uitiorum natura commendare uidebatur, quibus nulla frequentiora hos libros occupasse Vossianorum testimonia fidem faciunt. opinationum autem congeriem iis finibus circumscripsi, ut eas ponerem quas, etsi uerum uel ueri partem non esse assecutae uiderentur, tamen non sine fructu aliquo accuratius perpendi arbitrarer. quoniamque a nouissimis editoribus, Halmio, Baitero, quorum iudicio multum tribuere soleo, aliisque uiris doctis saepius mihi discedendum esse uidi, mei pudoris esse putaui, eorum sententias nisi rationibus allatis non reiicere. quod institutum cum breuitate ita tenui, ut recognitum a me textum passim argumentis et exemplis declarare atque confirmare studerem.

Dabam Vindobonae non. Septembrib. a. MDCCCLXX.

PRAEFATIO NOVAE EDITIONIS

Haec altera Ciceronis Legum editio, a me perinuito nec nisi instante redemptore, cui hoc officium deberi non posse intelligebam, parata, quid a priore distet quidue nouae dotis afferat ut breuiter exponam, ordiendum uidetur a codice Heinsiano, cuius selectam quam olim dederam lectionis uarietatem nunc ita suppleui, ut iam omnes eius scripturae in adnotatione expositae legantur. eum librum tum cum duo Vossianos excutiebam simul tractare nolueram: quamuis enim non dubitarem, quin in hoc codice idem accidisset, quod in Vossianis usu expertus eram, ut in excerpendis lectionibus Halmius et Baiterus nonnihil reliquum fecissent, tamen hoc non tanti esse existimaram, ut operosum conferendi negotium sustinerem in eo libro, cuius quae fides et utilitas esset, ex Halmii commentariis satis cognosci posse arbitrabar. postea a. MDCCCLXXV singulari uirorum egregiorum qui bibliothecae Leidensi praesunt humanitate usus codicem huc transmissum inspexi, eo maxime consilio, ut quae Halmium aut Baiterum non recte aut

non plene rettulisse suspicio esset, in mea adnotatione supplerem et corrigerem. denique a. MDCCCLXXX cum statuissem omnem huius libri scripturae discrepantiam in iterata libelli mei editione, quae iam impensius flagitabatur, Vossianis addere, totum librum diligenter examinaui, et quamquam in hoc genere, cui multos codices ab aliis ante tractatos recognoscere licuit, fragilitatis humanae memor modeste loqui didicit, tamen non multa me deliquisse conferendo et satis accurate codicis testimonia perscripsisse spero: retinui autem in adnotando morem meum quem antea inieram, quem etsi uituperatum esse scio, ab iis qui nihil probant nisi suum, tamen ad eam rem, quam uolebam, aptum et necessarium fuisse sentio; idque egi sedulo, ut qua necessitudine hic liber cum Vossianis iunctus esset, ex adnotatione ipsa, quantum fieri posset, ultro nec magno negotio dispiceretur. plene autem de hoc quoque codice referre animum induxi, non quo nunc aliter atque olim de huius testis ingenio iudicarem, sed ut proposita omni materia refellerem eos, qui nuper, ut meae editionis fidem et usum euerterent, praue a me huius codicis auctoritatem aestimatam esse criminati sunt. etenim primus Muellerus a. MDCCCLXXVIII in edendis Legum libris cum uniuerse ad meam potius quam Halmii aut Baiteri recognitionem se applicuisset, ne quid propriae uirtutis deesse uideretur, se a me dissentire scripsit de codice Heinsiano, *quem ille*, inquit de me, *tam parui facit ut raro eius mentionem iniciat, ego nusquam neglegendum censeo, nedum, quae is propria habet*, '*arbitrio correcta*' *concedam*. mirabar et aegre ferebam, hominem honestum haec non uno nomine ueritati repu-

gnantia scribere potuisse cum obtrectatione aliena. nam quod me raro Heinsiani codicis mentionem fecisse insimulat, quo iure insimulauerit, uel nunc qui uolet ex hac noua editione facili opera cognoscere potest; quae enim olim, iis rationibus ductus quas in praefatione (p. IV) dixeram, selecta ex hoc codice *Heinsiani* nomine attuleram, intacta reliqui, additis nouis *H* litteram appinxi, differentia notandi cum meo quodam commodo admissa, utentium autem opinor incommodo nullo, quoniam nunc idem de Heinsiano libro quod de Vossianis ualere uolo, ut sicubi nihil de eo testatum legatur conspirare cum textu existimetur. quam scripturae discrepantiam qui attentius perspexerit, intelliget, nec raro eius mentionem factam et uix a me quicquam olim, quod quidem afferre potui, quod usui esset, praetermissum esse, nunc inutilium mole scripturarum adnotationem spissatam, quibus nihil efficitur, nisi quod aliunde constabat, hunc librum ab eadem cum Vossianis origine repeti eorumque fidem, ubi testimonia in ipsis perspicue scripta neque radendo detrita sunt, augere non posse. neque sincerius Muellerus me quae codex Heinsianus propria habeat scribentis arbitrio correcta dixisse scripsit. haec enim ego de meo huius libri usu professus eram in praefatione (p. IV) *sed sunt etiam loci, quibus neutrius codicis* [*Vossiani*] *testimonio primitiua scriptura constet. ibi in subsidium recensionis codex Heinsianus succedit, qui in plurimis cum Vossianis consentit, alia arbitrio correcta habet, sed nonnulla tenet, quae e communi fonte nata, si quid obscuritatis est scripturae in A aut B, commode illustrant. hunc ego non uidi sed scripturas, quas attuli, ex Halmii commentariis petii, posui*

autem non omnes sed eas tantum quas aut eam ob rem quam dixi aut aliis certis rationibus utiles esse duxi. his quae tum iudicaueram ne nunc quidem, posteaquam omnem huius libri scripturae uarietatem per edendi operam denuo examinaui, habeo, quod aut addi uelim aut demi, uerum sic puto, iam quemuis posse e commentariis meis, modo ne obiter inspectis, sibi persuadere, me recte de codicis natura existimasse. quis uero qui ista Muelleri legerit, non expectauerit, in eius recensione insignem quandam utilitatem ex illo libro petitam extare quam meus stupor aut negligentia praetermiserit? de me possum uere fateri, me ne uerbum quidem sola Heinsiani codicis auctoritate motum ex superiore recognitione mutauisse. Muellerus autem quae eiusdem fide libri aliter atque ego edidit, haec habeto, in quibus me nihil praetermisisse puto, nisi orthographica quaedam (in quo genere ille a meis rationes diuersas sequitur) aut *his* et *iis* permutata*, quibus in hac causa nihil efficitur nec ipse opinor effici uoluerit. p. 17, 6 *quid sit homini natura tributum*: *a natura* Heinsianus Muellerus 28, 3 *hominem erexit ad caeli*que *quasi cognationis . . conspectum excitauit*: *ad caeli* AB; *et ad caeli* HM 34, 14 *quibus enim ratio natura data est*:

* In scribendi genere quid auctoritatis habeat codex Heinsianus, uel illud indicio esse potest, quod, nominum terminatione *is* in Vossianis in *es* mutata, *es* habet semper, uelut quinquies una pagina 40; ubi *quom*, *quoius*, *quoi* in utroque aut in altero utro Vossiano scriptum est, paene semper *cum*, *cuius*, *cui* exhibet. eum igitur testem consulemus nimirum ubi de prisco sermone in legum tabulis restituendo agitur. *his* pro *is* uel *iis* tam saepe falso quam recte scriptum est in Heinsiano: aperte falso uelut p. 89, 9. 52, 4. 133, 7; recte p. 88, 2, neque Muellerum probo p. 40, 7 *his* ex Heinsiano solo recipientem.

a natura HM 41, 11 *poenas luunt non tam iudiciis . . set ut eos agitent insectenturque furiae*: *set* om. ABH; *ut eos agitent insectanturque* AB; *ut eos agitant insectanturque* H; *sed eos agitant insectanturque* cum plerisque M 43, 10 *nihil alterius causa facit et metitur suis commodis omnia*: *factietmentietur* AB; *faciet emetietur* H; *faciet et metietur* cum aliis M 71, 14 *et amoenitatem hanc* et *salubritatem* [*hanc*] *sequor*: *et amoenitatem hanc salubritatem hanc* altero *et* superscripto AB; *et amoenitatem et salubritatem hanc* HM. tot et tanta sunt. in quibus si ille recte iudicauisset, ne sic quidem opinor ita uti fecit aut meum Heinsiani codicis contemptum aut suam eius libri aestimationem ueriorem extollere debuit; sed ego illis locis omnibus, praeterquam duobus, Heinsiani libri testimonium non omiseram, uerum sequendum non esse duxeram, propter eas rationes, quae ut perspicuae esse uidebantur, ita nunc breuiter suis locis significatae sunt in adnotatione. nam quod p. 47, 13 *quorum* retinui, cum Muellerus *eorum* ediderit cum uulgo, ne erat quidem quod Heinsiani scriptura ascisceretur: si enim *eorum* pro uero habuissem, poteram hoc Vossianorum correctione fretus reponere, cui correctioni, siue ea uera est siue ut mihi uidetur falsa, Heinsiani scriptura fidem addere non potest, qui, quod saepe accidit, idem quod in Vossianis corrigendo effectum agnoscitur, in textu exaratum exhibet. idemque cadit in p. 56, 14 *uirtutem* — *uirtute*, quod ambiguum esse ipse Muellerus fatetur; p. 63, 5 *te Lycurgi* — *nec Lycurgi*; p. 50, 10 *iudicanda* — *diiudicanda*. in quibus omnibus me iudice correctoris rationes quas Heinsianus sequitur tam apertae sunt quam reiectaneae. sed

duo loca quibus Heinsiani libri lectionem ne memoraui quidem, non solum improbaui, haec sunt, p. 17, 6 et p. 34, 14 *a natura tributum; a natura data.* praepositionem in hac oratione addi potuisse quis negat? sed quoniam nemo nescit Ciceronis morem utrumque recipere, unius Heinsiani libri testimonio Vossianorum consensui aduersantis in ea re tantum dandum non esse existimaui, eo minus quo frequentior in hoc libro, etiam seorsum a Vossianis, correctoris libido agnoscitur; qui quidem altero loco (p. 34) ubi proxime praecessit (u. 10) *a natura dati* ipsa aequabilitate adduci poterat ut praepositionem adiiceret de suo; neque secus iudicandum uidetur de p. 64, 5 *sapientia, quoius amore philosophia nomen inuenit,* ubi ipse olim Heinsianum secutus eram, nunc malui Vossianorum testimonio acquiescere (cf. p. 47, 3). sed ut largiar, quod minime concedendum esse reor, in hac re ambiguum esse iudicium, tamen quaero quid ex ea scriptura reiecta in me reprehensionis aut in Muellerum ex eadem recepta laudis redundare arbitrere, ut isto modo dissensum a me suum cum ostentatione pronuntiaret: cui ego si hoc agere uellem plura et grauiora obiicere possem quae neglexit aut quibus iniuria ab Heinsiano deflexit.

Multo etiam iniquius mecum egit Iordanus, quo et insolentior homo est et imprudentior: cuius rei cum multa extent indicia tum insignius illud, quod me risit ultro, quia bis idem me 'semel monere' scripserim (p. 167 et p. 169), nec uidit quam ridiculus esset, qui ne legere quidem posse uideretur, quae aperte scripta erant non eadem utroque loco sed diuersa. is igitur in Symbolis ad historiam linguae latinae a. MDCCCLXXIX edi-

tis ad eam quaestionem delatus quae est de sermone prisco quem Cicero in legum tabulis imitando expressit, de eius rei ratione, a me et Buechelero non perspecta, ex mea editione Heinsianum codicem negligente recte iudicari posse negauit; itaque inspecto ipse in iis partibus codice has tabulas denuo edendas curauit subiecta adnotatione critica. quae quidem constitutiones ut ab illo editae sunt multis modis a mea in iis recognoscendis modestia discedunt, sed (ut omittam festinationis et socordiae uestigia multa) pleraque noua editoris ingenio parta sunt, eas rationes criticas amplexi, quae ut saepe multos in admirationem rapere solent, ita mihi, si licet uerum fateri, peruersae ac saepe uix tirocinio critico satis dignae uidentur; quare pauca eius commenta in adnotatione memoraui et confutaui, reliqua ut nimis temeraria aut absurda silentio praeterii, uelut de loco impedito qui est de fetialium iure (p. 97) quae hariolatur, ad haec Ciceronis quae putauit *foederum pacis belli indutiarum oratores fetiales sunto, iudices non sunto*, parum illa quidem latina, a ridente Ciceronis sententiam lectore adscripta esse uerba *bella disceptatio* (cf. ind. lect. a. 1880 p. 14): talia enim ludibria obliuioni danda nec serio refellenda censui. sed codex Heinsianus, cuius causa haec edendi opera sumpta praedicatur, si quis quaerat, quam utilitatem huic recensioni attulerit, uerba sibi dari intelliget, neque quicquam ex eo libro petitum, quo reposito auctor promissis stetisse aut operae pretium edendo fecisse uideatur; qua uero re maxime huius libri pretium continebatur, quod nonnumquam scripturas ueras et primitiuas in Vossianis corrigendi libidine mutatas aut obscuratas seruauit

integras, eam plane neglexit neque agnouit. nam nisi qui occupata mente iudicat, perspiciat oportet *ne uncula* p. 93, 4, *prouidento sisque apparento* p. 96, 7 e communi fonte ductas scripturas esse: quibus probatis ut par est, nimirum corruunt illae quas de prisci sermonis imitatione Tulliana rationes exposuit Heinsianique maxime codicis fide stabiliri uoluit: tam enim inconsulto impetu fertur ut ne uideat quidem quanto opere sibi ipse in ista disputatione aduersetur. et tamen idem etiam argumentis demonstrare aggressus est, Heinsiani codicis propriam esse et a Vossianis seiunctam memoriam iisque adeo, si dis placet, aetate, non solum auctoritate, superiorem. in qua re leui bracchio agens duo uel tria arripuit festinanter quibus hoc se aliis probare posse putauit: nec mirum; nam ita sunt philologi: non multa ipsi legere aut operosius quaerere sed fauore magis quam re explorata iudicare eique qui postremus uerba fecerit applaudere securi. itaque ut ipse sibi gratulatus est quod in causa grauissima sua sponte in eandem cum Muellero opinionem incurrit, ita illis iam duo assensi sunt, qui cum scire deberent, se nullam partem harum rerum accurate et ut decebat inuestigasse, creduli eandem quam illi praeierunt cantilenam cantarunt de codice Heinsiano. sed Iordanus quae protulit quibus fidem et originem Heinsiani libri patefaceret, eorum primum commemoratione dignum non est (p. 95, 1); alterum hoc est p. 97, 3 *inrita infestaque* AB; *infectaque* Heinsianus: nempe hoc quod uerum est Heinsianum ex suo quodam archetypo petiisse, non Vossianorum leuidensem errorem ex communi fonte translatum, uti hac praesertim iunctura nominum in promptu

fuit, correxisse. quid uero, cum p. 166, 7 *uestigalia* sit in utroque Vossiano, in Heinsiano *ue*^{c}*stigalia*, nonne in gemino plane exemplo manifestam tenemus uiam qua uia illo loco *infecta* in Heinsianum deuenerit? ac leuitatem hominis uide in eo quod in unico exemplo substitit, cuius similia multa afferre remque suam firmius stabilire poterat. nos aliter iudicabimus ac p. 64, 10 cum *noceremus* corr. *doceremus* Vossiani, *nosceremus* exhibeat Heinsianus, non putabimus hunc *nosceremus* ex suo archetypo prompsisse sed *noceremus* in communi fonte fuisse idque in Vossianis falso in *doceremus*, in Heinsiano uero recte mutatum esse in *nosceremus;* eandemque rationem agnoscere potest qui his locis, quos exempli causa affero, scripturae discrepantiam sobrio iudicio perpendere uelit, p. 19, 8; 58, 1; 28, 5; 49, 3. sed ut saepe multi errores, leuiores praesertim, quibus archetypus liber inquinatus erat, in Heinsiano codice recte sed proprio Marte sublati sunt (ex quo genere, quod et in praefatione p. IV memoraueram nec in adnotatione neglexeram, species illa bonitatis nata est, qua se docti homines induci patiuntur), ita non raro in eodem codice, quo magis correctoris arbitrium cognoscatur, leuiter corrupta in deterius mutata (uelut ne sine exemplo loquar, p. 14, 14 *adire*, p. 36, 7 *iam amicitiae nomen*, p. 66, 3 *bona eligenda*, p. 28, 2 *cetera animalia*), nonnulla etiam liberius planeque peruerso emendandi studio interpolata sunt, ut *ob iniuriam* p. 42, 6; *rationes dabit* p. 41, 5; *erubescant impudica loqui* p. 55, 4. neque loquor de iis quae nunc correcta aut in margine a correctore appicta conspiciuntur, sed quae in ipso textu exarata exhibentur. quae cuncta singillatim et per sua

genera descripta hoc loco recenseri nihil attinet, cum praesertim quaedam grauiora in commentariis tetigerim et omnino huius libri naturam recte iudicare non possit nisi qui omnem eius lectionis uarietatem per se et cum Vossianis collatam accurate examinauerit. quod quo facilius fieri possit, quoniam mihi fidem asseueranti non habuerunt, eo illam adnotandi molestiam non detrectaui.

Tertium quo Iordanus in suam rem usus est exemplum, quamquam in adnotatione perstrinxi, tamen hic quoque disceptabo paucis. p. 95, 6 tenui quod olim in textu posueram *Quoque haec priuatim et publice modo rituque fiant;* idemque mecum consentiens Iordanus edidit, nisi quod *quo quaeque* scripsit, quod quia coniectura nititur, ab hac quaestione licebit remouere. est autem illa quam restitueram Heinsiani codicis scriptura, quam Halmius aspernatus plane incertam esse Ciceronis orationem scripserat ob eam causam quia in A uerba *modo rituque* in loco raso exarata sunt, B autem hanc speciem scripturae offert *publicem quae fiant* superscriptis *modo rituq.* et ille meus calumniator clamat ad Halmii rationes esse redeundum, succinente altero ‘ad Halmii et Baiteri’: quasi uero ego de Halmii et Baiteri laudibus detraxissem aut detrahi uoluissem, quas aperte praedicaram: in Legum autem libris recognoscendis quid quoue nomine maxime ab Halmii Baiterique opera mea discederet, et olim agnosci poterat et nunc ut paulo etiam plenius cognosceretur curaui, quamquam ne nunc quidem singula quaeque notare uolui; de Heinsiano uero codice ita ab Halmio dissentiebam, ut ego rectius huius libri natura perspecta plus tribuendum esse eius testimoniis cen-

serem, non raro expresse testatus primitiuam scripturam in utroque Vossiano lituris et correctionibus deformatam et elutam Heinsiano codici acceptam referri, cum contra Halmius, ubi quid rasi aspiceret in A, Heinsianum nihil curans incertam rem esse et coniecturae ope medelam quaerendam existimaret (p. 144, 5; 143, 5; 23, 10; 44, 6; cf. 154,3). itaque de illo quoque loco ab Halmio discedens ita iudicaram Heinsiani libri beneficio pristinam lectionem e communi archetypo haustam constare, eandemque fuisse in A ante lituram. at hoc quidem fieri potuisse negauit Iordanus, quoniam eadem uerba (*modo rituque*), quae habet Heinsianus, in litura scripta sunt in A; eaque de causa hoc loco potissimum praestantiam et propriam Heinsiani memoriam declarari. quod si ita esse neque Heinsiani scripturam ad eundem cum Vossianis ortum redire concedendum esset, ego ad Halmii sententiam accedens de recuperando uero desperarem. nam ut in agnoscenda scriptura primitiua saepe utilem esse Heinsianum dixi, ita in iis quae plane secreta a Vossianorum codicum fide tradit, nullum eius pretium esse sentio ultra coniecturae probabilitatem. sed Iordanus in hac causa ita egit, non ut ueritatem adiuuaret*, sed ut imponeret iis si qui forte ut assolet re minus curiose inspecta calumnianti fidem haberent; et ego illa adnotatione paucisque aliis non satis caueram calumnias, quippe stulte confisus homines doctos non una aut altera pagella leuiter inspecta sed totius libelli consilio

* Ad textum quae adnotauit p. 231 cum iis quae p. 226 scripsit contendenti uituperandi cupidine plane occaecatus uidebitur ita ut in summa re id ipsum quod uolui simul et reprobet et approbet: quam iudicii confusionem explicare omitto.

et ratione perspecta iudicaturos. etenim ita scripseram in praefatione p. III *et Vossianum A quidem qui perpurgauit nescio quo elegantiae studio ductus radendo fere primitiuas scripturas deleuit et ubi uel litterae syllabaeue correctione defungi posset, saepe tota uocabula abrasit;* cuius rei exempla multa ex adnotatione mea peti poterant, uelut, ut hoc nunc promam, p. 108, 9 cum *et arŏspicum* B, *et aruspicum* in rasura A, idemque sed ut *u* correcta sit Heinsianus exhibeat, quid primitus scriptum fuisse in A putabimus? aut p. 61, 11 ubi *est nata de finibus* uerba in rasura sunt; et saepe alias non singula uerba sed plura continua, de quibus nemo umquam dubitauit, in A solo scripta sunt in loco raso. itaque cum *modo rituque* in A in rasura extent, eadem Heinsianus prima manu scripta exhibeat, haec, quae non dubitabam ex communi fonte ducta esse, item ante lituram fuisse in A adnotaui, ea mente scilicet, qua uelut p. 23, 10 Halmio repugnans *deo ut iam* quod est in Heinsiano item in A ante lituram, in qua nunc scriptum est *de etiam*, fuisse memoraueram, debebam *deutiam* fuisse scribere, unde *deo ut iam* Heinsianus recte effecit, et rasurae causa quae fuerit in illo intelligitur. ita illo quoque loco fieri potuit ut littera desideraretur aut praue exarata esset, fortasse tantum falso dispestae syllabae essent, ut tamen nullo pacto dubium esse posset quin *modorituq.* primitiua scriptura esset, propter illum errorem in raso loco reposita. Quodsi quis quia haec ipsa uerba in Vossiano altero supra uersum posita sunt, idcirco in A idem quod in B, *publicem quae,* ante rasuram scriptum fuisse opinetur, possum exemplo lucis ope parato confisus affirmare, ei opinioni liturae spatium quod est in A ma-

nifesto refragari, neque desunt exempla, quibus quae uera sunt et primitiua in altero utro Vossiano omissa et supra uersum adiecta sunt (cf. p. 132, 6 et p. 26, 1).

Satis dixisse uideor de codice Heinsiano, quandoquidem uniuersam scripturae discrepantiam, quam adnotatio digestam tenet, congerere in praefationem non possum; remque eo loco esse aio quo a. MDCCCLXX posueram raroque alias tam leuiter tamque peruerse in causa manifesta minimeque ambigua iudicatum esse.

Praeter Heinsianum uidi totumque contuli librum Monacensem qui est in bibliotheca uniuersitatis n. 528 signatus; de quo libro magnam spem fecerat Halmius cum in praefatione scriberet se dolere, quod hunc codicem saeculo undecimo nitide scriptum idemque quod Vossiani corpus scriptorum Tullianorum complectentem absoluta demum sua editione inuenisset. sed codicem a praefectorum bibliothecae liberalitate acceptum postquam examinare coepi, intellexi ex Vossiano maiore ductum esse neque in constituenda memoria nos adiuuare, sed utilitatem eius tantum eo constare quod nonnulla menda tribus illis testibus communia recte exempta sunt: quare paucis locis emendata *deteriorum* uel *editionum* loco *Monacensis* nomine signaui. nec dubium est, quin emendationes propemodum omnes quarum auctores nescimus quasque non poteram nisi uniuerse deterioribus ascribere, eae quoque quae ex uetustis editionibus propagantur, ad paucos quosdam codices reuocari possint, si tam utilis esset opera quam est certe negotiosa (cf. praef. p. IV).

De emendatione pauca dicenda sunt. qualia enim olim uerba Ciceronis fide testium sedulo consulta, emen-

dationibus adhibitis tam superiorum criticorum, Turnebi, R. Stephani, aliorum (quarum nonnullae plane egregiae tum ignoratae aut contemptae iacebant) quam recentiorum, Maduigii inprimis, meis quoque aliquot coniecturis in textu positis, constitui, talia nunc uniuerse seruanda duxi, paucis mutatis: nam emendationes certas perpaucas interim prolatas uidi, Em. Hoffmanni unam (p. 118, 4), item unam Maduigii (p. 151, 7) et Mommseni (p. 168, 9); ipse paucas adieci de leuiore genere (ut p. 48, 2. 5), paulo plura temptans in adnotatione (uelut p. 144; 156, 2); in eaque etiam ab aliis nuper inuenta, quae quidem probe excogitata nec consideratione indigna uiderentur aut certe doctam dubitationem mouerent, memoraui; conuerrere autem quaecumque a quibusuis aut ante aut his proximis annis coniecta sunt uana aut inepta ne nunc quidem uolui, quidquid irascentur talioneque ulciscentur qui sua commenta futilia spreta et praeterita intelligent. illud egi studiosius, quemadmodum in superiore editione, ut si quid possem argumentis et exemplis collectis cum breuitate aut mea stabilirem aut redarguerem aliena, potioribus ab eis quae prius scripseram uncorum usu segregatis: hac enim uia melius posse rei prospici mihi persuasi quam meris scripturis correctionibusque enumeratis. quamquam autem nonnulla parte huius libri restitutionem et interpretationem adiuuisse mihi uideor, tamen multa me nunc ut olim, in iis etiam quae explicare aut emendare temptaui, irrita aut imperfecta reliquisse scio, quaedam, quae quam uera sint iusta dubitatio est, nec in textu moui neque in adnotatione (nisi quod doctorum conamina memoraui) attigi, quia certi quicquam effici posse despe-

rabam: neque admiror eos qui in iis quae suapte natura dubia sunt et incerta correctione cuicuimodi in textu posita sibi placent seque suspiciunt, quasi quid praeclari peregissent: uelut ille qui nuper uerbosis nugis in usum scilicet studiosae iuuentutis hos libros opprimendos curauit; qui quidem quantam partem recognitioni meae acceptam ferat astute dissimulat, ut si quid in ea sibi reprehendendum putet subducto supercilio carpat, is uidelicet qui cum nihil utile aut probabile attulerit in apertissimis saepe labitur et identidem tam Ciceronis uerba quam interpretum sententias praue intelligit; qui etiam ubi quid quod uerum non esse facile quiuis intelligere poterat a me relictum erat non alia de causa quam quia incerta erat emendatio, dedita opera nec sine contemptu editoris confutandum sibi sumit: in qua re sane nescias utrum magis ignorantiam artis an animi malitiam agnoscas; sed certe propius perspicientem non potest fugere hanc compilatoris operam nulla re magis excellere quam impudentia: et talia nimirum non conficiuntur solum uerum etiam laudantur. quanto et peritius et in simili consilio utilius et uero etiam honestius his libris interpretandis editor Britannus operam nauauit W. D. Pearmanus.

Dabam Berolini m. Aprili MDCCCLXXXIII.

CICERONIS

DE LEGIBVS

LIBRI

A = *cod. Vossianus* 84
B = *cod. Vossianus* 86
H = *cod. Heinsianus* 118

LIBER PRIMVS

1 ATTICVS. Lucus quidem ille et haec Arpinatium quer-
1 cus agnoscitur saepe a me lectus in Mario: si manet illa quercus, haec est profecto; etenim est sane uetus.

QVINTVS. Manet uero, Attice noster, et semper manebit: sata est enim ingenio; nullius autem agricolae cultu stirps tam diuturna quam poëtae uersu seminari potest.

ATTICVS. Quo tandem modo, Quinte, aut quale est istuc, quod poëtae serunt? mihi enim uideris fratrem laudando suffragari tibi.

M. T. CICERONIS LUCULLUS | EXPLICIT . . . . INCIPIT DE LEGIB. LĪB PRIM̄ | *A* M. TVLLI CICERONIS LVCVLLVS EXPLICIT | INCIPIT LIBER PRIMUS DE LEGIBUS | *B*, *sed in hoc et inscriptio ab* INCIPIT *et ipsum initium libri* Lucus — agnoscitur *in loco, quem alia inscriptio occupauerat, per rasuram deleta.* M. TULL[I] CICERONIS. Incıpıτ de legıbuſ lıber prımuſ . . . *H* 1 *Nomina interlocutorum nulla habent ABH* quęrcus, *item u.* 3, *H* 2 ſepe *H* a me* *A* marıo ſınmaneτ *A* marıo* ſınman& (ſ *e corr, fuit* marıoſ ınman&) *B* marıoſ Inman&, *primum* marıoſ I'ṇman& *h. e.* marıo ſı maneτ *corr, deinde* ſın *superscr H* si enim manet *cum Dauisio Halmius et Baiterus* 4 maneτ *in litura A* aττı|ce *sed* aττı *in litura A* 5 nulluſ *corr* nullıuſ *B* 6 ſτıpſ *A* ſτ^r^ıpſ *H* culτuṣ τıp ṣτam *B*, *sic saepe in hoc codice praua litterarum et syllabarum distinctione, quae punctis et lineolis regitur, uelut in hoc ipso capite* 6 uerſuṣ‿emınarı 8 eſτıṣ‿τuc *p.* 4, 5 τu‿eṣem pıτernã *p.* 4, 15 pocτaτu‿ıne: *sed genus significasse satis erit; singillatim talia recensere nil attinet, nisi ubi momentum facere uidebitur* uerſu* ſemınarı (*fuit* uerſuſ emınarı) *H* 9 poeτe *corr* τę *B* pocτę* *sed* ę *corr ex* e *A* poeτę *H* fraτre *corr* fraτrẽ *B* fraτrẽ (rẽ *in*

2 QVINTVS. Sit ita sane [uerum]: uerum tamen, dum Latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur, eaque, ut ait Scaeuola de fratris mei Mario, 'canescet saeclis innumerabilibus'; nisi forte Athenae tuae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt aut, quod Homericus Vlixes Deli se proceram et teneram palmam uidisse dixit, hodie monstrant eandem, multaque alia multis locis diutius commemoratione manent quam natura stare potuerunt. qua re glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit 'nuntia fulua Iouis, miranda uisa figura', nunc sit haec. sed cum eam tempestas uetustasue consumpserit, tamen erit his in locis quercus, quam Marianam quercum uocant.

3 ATTICVS. Non dubito id quidem; sed haec iam *non* ex te, Quinte, quaero, uerum ex ipso poëta, tuine uer-

---

litura) A fratrē *H* 1 jta (j *corr) A* sane (a *e corr A*) uerum. Uerumtamen *ABH; alterum* uerum *om deteriores et editiones* 2 latinae *B* latine *AH* loquent̄ *H* hinc *H* 3 dicatur (a *in litura*) *A* dicetur *Halmius, quod non fuisse in A ante lituram spatium persuadet, in quo* dicantur *haberi potuit* Eaquae *B* ut* ait *A* (*uidetur* uti ait *fuisse*) sceuola *H* 4 canes*cet *A* mario¦cene sc& *H* seclis *H, corr* sę *B* innumerabibus *sed pr corr B De Scaeuola poëta deque hoc praeconio Marii Ciceronis disseruit Hauptius Opp.* 1, 211 5 athene tue *B pr* athenę | tuę *H* sempiternā* (a *corr) A* oleā (a *corr) A* patuerunt *H* 6 deli¦se *H* deli** se (s *corr) AB* 7 eadem *A* eandemultaq; *B sed* eandē *corr* 8 diu*tius (*prius* u *corr) A* commemoratione* *A* 12 consumserit *AB* consumpserit *H* 13 uocabunt *R. Klotzius* 14 sed aec *A* non *om AB* iam | nō *sed* nō *a corr add H;* non iam *cur maluerit Halmius nescio; uide si tanti est Academ. pr.* 2, 47, 144 deinde ad illa ueniam, quae iam non ad multitudinem, sed ad uosmet ipsos, qui adestis, pertinent. 15 utrū *H sed* t *et* e *in rasura* poęta* (*uidetur ut saepe punctum erasum*) *H* poeta * tuine (tu *corr) A* poetatu‿ine *B*; *idem fuisse puto in A, ubi praua distinctio, ut saepe,*

sus hanc quercum seuerint, an ita factum de Mario, ut scribis, acceperis.

Marcvs. Respondebo tibi equidem, sed non ante quam mihi tu ipse responderis, Attice, certen *non* longe a tuis aedibus inambulans post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit se deum esse et Quirinum uocari templumque sibi dedicari in eo loco iusserit, et uerumne sit *ut* Athenis non longe item a tua illa antiqua domo Orithyiam Aquilo sustulerit; sic enim est traditum.

4 Atticvs. Quorsum tandem, aut cur ista quaeris?

Marcvs. Nihil sane, nisi ne nimis diligenter inquiras in ea, quae isto modo memoriae sint prodita.

Atticvs. Atqui multa quaeruntur in Mario fictane an uera sint, et a non nullis, quod et in recenti memoria et in Arpinati homine uersere, ueritas a te postulatur.

---

efficaciore remedio sanatur 1 ſe*uerınт (*fuit* ſeruerınт) *A* 3 anтıquam *B, corr* anтequam *A* anтe quam *sed ut in* e *aliquid correctionis uideatur H* 4 mıchı *H fere semper et item* nıchıl, *quod non singulatim adnotabo* тu**A* aттıce (*prius* т *in litura*) *A* certen non longe *Camerarius* cerтen longe (g *in rasura corr A*) *AB* cerтe non longe *Heinsianus* certene non longe *unus codex Parisinus* certon non longe *Turnebus* 6 pçeulo (c *supra*) *H* *ıulıo *A* 7 dedıcare *corr* rı *AB* dedıcarı* *H, uidetur in hoc quoque primo* dedıcare *fuisse* 8 ut *addidit Rathius, quod audiri Turnebus adnotauerat* uerũɴeſıт · aтnıſ (ɴeſıт *in litura*) *A* uerũneſıтaт · ɴıſ *B* uerum ne ſıт ¨aтhenıſ (*in marg* ¨an ıſ) *Heinsianus* uerene Athenis *cum Dauisio Halmius et Baiterus, sed* uerene *non explet spatium in A* 9 orıтhıam *B* orıтhı Iam *Heinsianus* orıтhı*am *A* aquıla (o *supra*) *A* 10 cur ſum *corr* quor ſum *B* quoſum (r *supra*) *H* querıſ *H* 11 Nihil *scribit quasi praecessisset non* cur *sed* quid ista quaeris, *quem ad modum ad fam.* 9, 3 *extr.* sed quid ego nunc haec ad te? nihil scilicet, nisi ut rescriberes aliquid. ınquırıſ (a *supra*) *B* 12 ſınт *hoc loco cum AB Heinsianus quoque sed statim u.* 14 ſunт (ı *supra*) *idem* (*Halmius errat*) 13 querunт̃ *H* 14 & *ante* a *in litura A* 15 uerseris ueritas *I. F. Wagnerus* uersere ueritas *A. W. Zumptius, Hauptius* uelſe | ueгıтaſ *B* uelſe (d *supra*) uerıтaſ *A* uł¨ ſe uerıтaſ (*in margine* ¨ſed) *H*

Marcvs. Et mercule ego me cupio non mendacem putari, sed tamen *non* nulli isti, Tite noster, faciunt imperite, qui in isto periculo non ut *a* poëta, sed ut a teste ueritatem exigant; nec dubito quin idem et cum Egeria conlocutum Numam et ab aquila Tarquinio apicem inpositum putent.

Qvintvs. Intellego te, frater, alias in historia leges 5
obseruandas putare, alias in poëmate.

Marcvs. Quippe cum *in* illa *omnia* ad ueritatem, Quinte, referantur, in hoc ad delectationem pleraque: quamqam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.

---

1 mercule *A* me[he]rcule *B* me hercule *H* *Confer Lachmannum in Lucret. p.* 152 2 putarıſ·Et *B sed* putarı*Sed *corr* tam̃ non nulli *Heinsianus* tamen nullı *B* tamen *omisso* nonnullı *A* (*sic*) ıſtıtıte n̄t *B* ıſtıtıtę n̄r (*duae litterae ante* e *in litura et satis obscurae*) *Heinsianus* ıſtı***tıte non *sed* tı *alterum et* on *in litura A* facıĕnt *B* 3 periculo] 'periculum *hoc loco significat id quod fit ab artifice tantum experiendi et periclitandi ingenii gratia, seu quod primo ab artifice excogitatur et efficitur, ut postea expoliatur et accuratius absoluatur. extat titulus libr.* VII *codicis Iustin.* de sententiis ex periculo recitandis.' *Lambinus, qui primus hanc librorum scripturam in textu posuit; superiores* opusculo. *Confer Nipperdeium Opp. p.* 156 ut poeta *AB* ut[a] poeta *Heinsianus* ſed ut**eſt*ate | (*fuit* ſed utateſteate) *A* ſed ut ateſte *Heinsianus* Et ut ateſte *B* 4 ne[c] *A* cō̄*egerıa (*fuit* com) *A* qu[c]ŏme gerıa *B* cum egerıa *H* 5 numam *H* 6 ımpoſıtum *H* ımpoſıto *A* putentuṛ *B* 7 al[s]iaſ (*superscr notam non intellego, sed hic et u.* 8 alaſ *uidetur scriptum fuisse, pr corr in* alıaſ) *H* ınıſtorıa *A* mıhı ſtorıa *rasura mutatum in* ın hıſtorıa *B* ın[h]ıſtorıaſ | legeſ (ſ *in rasura corr*) ọbſeruandaſ *sic H* 9 cū ın (*in rasura corr ex* cum *ut uidetur*) ılla *Heinsianus* cū ılla *A* cum ılle *corr* ıllę *B* omnia *addidi* (referantur omnia *Ernestus*) 10 quı‿ınte *B* quın*te *sed* n *corr A* quınte *H*; *praue iudicant qui ex* Quinte, *qua appellatione nihil aptius esse potuit hoc loco, aut* cuncta *aut* quaeque *efficiunt* reſſerant̃ *H* in hoc *R. Stephanus* ın hac *AB Heinsianus* delec[ta]tıonē *A* 11 quā[n]quā *B* apuṭ[d] *B* 12 theoponpum *A* theop[on]āpum *B* theopompum *H* ſu[i]nt *H* ınnumerabılıſ fabule *B pr* fabule *H*

2 Atticvs. Teneo quam optabam occasionem neque omittam.

Marcvs. Quam tandem, Tite?

Atticvs. Postulatur a te iam diu uel flagitatur potius historia; sic enim putant, te illam tractante effici posse ut in hoc etiam genere Graeciae nihil cedamus. atque ut audias, quid ego ipse sentiam, non solum mihi uideris eorum studiis, qui litteris delectantur, sed etiam patriae debere hoc munus, ut ea, quae salua per te est, per te eundem sit ornata. dest enim historia litteris nostris, ut et ipse intellego et ex te persaepe audio. potes autem tu profecto satis facere in ea, quippe cum sit opus, ut tibi quidem uideri solet, unum hoc orato-
6 rium maxime. quam ob rem adgredere, quaesumus, et sume ad hanc rem tempus, quae est a nostris hominibus adhuc aut ignorata aut relicta; nam post annalis

---

1 obtabam *B* 2 obmittā *A* omittā (o *in rasura duarum litt capaci*) *H* 4 diu uł *Heinsianus* diu& *sed* u& *in litura A* diu*et *sed* u *et* t *corr* (*fuit* di uel) *B* diu et *Halmius, quod apparet nullam fidem habere* 6 greciae *A* graetiae *B* grę (*in marg* grecie) *H* 7 aůdiaſ (u *in ras corr*) *H* 8 eorū tudiſ *sed* ſ *ante* t *add corr B* eorum*ſtudiſ (iſ *in litura*) *A* qui litteriſ *Heinsianus* queui litteriſ (que *mutatum in* qui) *A* Quituiſ litteriſ *sed* t *ante* u *corr B* qui in litteris *Halmius, at non* in *habet A sed* ui, *quod apparet, unde ortum sit* 9 patrie *corr* patrię *B* que *H*, *corr* quę *B* pte*ē *A* 10 teundem *B* ornata · at · ē (t *et* ē *in litura*) *A* ornata · A te *mutatum in* At · ē · *B* ornata · Adē (*quid super* d *scriptum fuerit obscurum, uidetur* b *uel* t) *Heinsianus; fuit opinor* ornata dest: *unde errores nati; confer* derit *p.* 14, 12; 3, 13, 30; *Lachmannum in Lucr. p.* 20; *uulgabatur* abest 11 intelligo *corr* intellego *A* 12 poteſ* *A* (*fuit* poteſt) 13 ho[c] *A* 14 aggredere *H* queſumuſ *H*, *corr* quęſ *B* 15 que ē (ē *erasum*) . . . ignoratur (ur *e corr*) | aut relicta · (*sed* ē *rursus inductum*) *H; apparet quid uario consilio temptauerit corrector* 16 annaliſ *B*, *corr* annaleſ *A*

pontificum maximorum, quibus nihil potest esse ieiunius, si aut ad Fabium aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem aut ad Pisonem aut ad Fannium aut ad Vennonium uenias, quamquam ex his alius alio plus habet uirium, tamen quid tam exile quam isti omnes? Fanni autem aetate coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius habuitque uires agrestis ille quidem atque horridas sine nitore ac palaestra, sed tamen admonere reliquos potuit ut adcuratius scriberent. ecce autem successerunt huic belli, Clodius, Asellio: nihil

---

an*nalef (*fuit* anım) *H* 1 ieiunius *Vrsinus* ıucundıuf *ABH sed in hoc* ıu *corr ex* ıo *ut uidetur* *Mirum est tot uiros doctos maluisse aut corrigendo aut defendendo operam perdere quam optime inuento uti: nam hoc manifestum est requiri simile illi quod sequitur* exile *et quidem grauius: poterat enim eadem sententia uel hoc modo efferri:* quid tam exile est quam aut annales pontificum, quibus nihil potest esse ieiunius, aut Cato, Piso, Fannius, quamquam ex his alius alio plus habet uirium? *ad exemplum horum de finibus* 3, 22, 74 quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manu factis tam compositum tamque compactum inueniri potest. 2 ad* fabıum (d *in ras corr, fuit* auт, *in marg* auт) *H* 3 efт | *corr H* faⁿnıū *H* 4 Quāquā *B* 5 exılle* *sed prius* l *erasum et* e *postremum corr B* exıle*(e *postremum corr, fuit ut uidetur* exılle) *A* exıle *H* 6 fannı *B* fannıı *AH* Fannio *Turnebus* aetati *nescio quis apud Turnebum* Antipater *cod. Parisinus Moseri, editiones* paтer *B* paт̄ *AH* 7 Habuıт quae *B* uıref (uı *in ras corr*) egrefтef *H* 8 palefтra *ABH* 9 ammonere *H* admonere lıquof *A* ut] ıd *B* adcuraтıuf *per rasuram mutatum in* acc *AB* accuraтıuf *H* 10 successerunt *scripsi* fuccelfere *ABH uulgo, sed cf. Or.* 47, 157; *Quintil. inst.* 1, 5, 44; *et nusquam in his quidem libris ere terminatio tradita est* bellı glodıuf afılıo *A* bellıgladıufafılıo *B* huic bellı glodıuf afılıo (*sic*) *Heinsianus* Asellio *R. Stephanus* belli *uerum puto nec sine grata quadam et conuenienti huic sententiae ironia dictum, ut non sit, quod de Gellio uel Gelliis, quorum nomen ex* belli *non belle fictum illis duobus praemitti nonnulli uoluerunt, operosius quaeratur.* [*Mihi assenserunt M. Hertzius prooem. Vratisl.* 1871 *p.* 1 *Teuffelius hist. litt. Rom.* 37 *n.* 6 *O. Meltzerus Fleckeis. ann.* 1872

ad Coelium, sed potius ad antiquorum languorem et in-
7 scitiam. nam quid Macrum numerem, cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia sed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multas ineptias, elatio summam inpudentiam.

---

p. 429: *contra dixerunt cum alii tum is qui nimis inconsiderate iudicat Iordanus* (*Herm.* 6, 209); *quidquid enim de* bellis *statuitur, iudicium de Asellione idem est neque agitur de fide et uirtute historica sed de stilo et oratione: temere uero Valerium* (*Antiatem*) *desiderat, eius adeo nomen ex* belli *prolici posse hariolatus. contra* belli *nata uox ad recipiendum colorem ironicum* (*ut* bellus hospes, bellum filium, bellus blanditur tibi *apud Plautum*); *duo autem nomina, quasi exempli causa,* ἀσυνδέτως *ponuntur plane de more, uelut ad Att.* 6, 3, 5 amicos habet meras nugas, Matinium, Scaptium; *de leg.* 2, 23, 59 ueteres interpretes, Sex. Aelius, L. Acilius.] 1 coeliū *A* caelıum *B* cęlıū *H* langorē *A* langorem *H* ın|ſcıtıam *sed* c *corr ex* τ *B* & ınſcıtıam (*in marg* ατq:) *H* 2 nam] τā *B* Macrum *Carolus Sigonius* acrū *AB* acrum *H* loquacıtaſ* *sed* acıtaſ *in rasura B* 4 grecorū *AH* ex lıberalıo lınguıſ (*in marg* lıbrarıolıſ) *H* 5 multas ineptias *deteriores nonnulli, R. Stephanus* multāſ ıneptuſ *AB* multaſ ıneptuſ (*in marg* multuſ &) *H* [*Voluit corrector* multus et ineptus (*ut* multus et insolens, multus et odiosus, multa et molesta), *quod aut recipiendum aut abiiciendum totum est, non abutendum ut inde efficiatur aliud* elatio *codex S. Victoris, R. Stephanus* datıo *BH* dacıo *sed* c *mutatum in* τ *A*

ſūmā ınpudentıā (*fuit utrobique* ā) *A* ſummā ınpudentıaın *B* ſummâ ınpudentıam (*sic*) *H* [*Quod posui ut proxime accedit ad litteras traditas, non correctas, ita concinnitate orationis adiuuatur:* 'cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, in orationibus multas ineptias'; *et* 'loquacitas habet multas ineptias, elatio summam impudentiam'. *quo minus sequar Mommseni coniecturam* (*Chronol. p.* 95) latinis. In orationibus autem multa set inepta elatio, summa impudentia, *compluribus probatam, quae nec nititur scriptura primitiua et ipsa forma et structurae genere parum commendari uidetur: ceterum* elationis impudentia *recte dicitur si quidem*] impudentia *cuiusuis rei est, quae modum excedat: de or.* 3, 43, 169 abutimur saepe etiam uerbo non tam eleganter quam in transferendo, sed etiamsi licentius tamen interdum non impudenter (*Horatius* licentia sumpta pudenter): *cui contraria est* uerecundia

Sisenna, eius amicus, omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superauit; is tamen neque orator in numero uestro umquam est habitus et in historia puerile quiddam consectatur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse uideatur, eum tamen uelle dum taxat imitari: quem si adsequi posset, aliquantum ab optumo tamen abesset. qua re tuum est munus hoc, a te expectatur: nisi quid Quinto uidetur secus.

QVINTVS. Mihi uero nihil, et saepe de isto conlo- 3 8
cuti sumus; sed est quaedam inter nos parua dissensio.

ATTICVS. Quae tandem?

QVINTVS. A quibus temporibus scribendi capiat exordium: ego enim ab ultimis censeo, quoniam illa sic scripta sunt, ut ne legantur quidem, ipse autem aequalem aetatis suae memoriam deposcit, ut ea conplectatur, quibus ipse interfuit.

ATTICVS. Ego uero huic potius adsentior; sunt enim maxumae res in hac memoria atque aetate nostra, tum autem hominis amicissimi Cn. Pompei laudes inlustra-

---

uelut translationis, *Or.* 24, 81   1 *ſiſenna *A*   ei' *AH* ṇeiuſ *B* meus *Corradus coll. Brut.* 75, 260   ſcriptoriſ *corr* eſ *AB* ſcriptoreſ *H*   3 ſuperauitiſ tamen *B pr*   4 inſto- ria *B*   5 puerili *corr* ile *A*   clitarcum *A* clitharchū *B* diterarum (*in margine* clitarchūſ *sic*) *H*   6 ppretea (*in margine* preterea) *H*   greciſ *AH*   7 aſſequi | poſſed *H*   8 ad- obtumo *B*   9 tuū (ū *in ras corr*) *H*   hoc · a te *B*   11 ſepę *H*   12 ſimuſ *B*   eſt q̃edam (ſt *et* q̃ *in ras corr*) *H*   13 Que *H*   14 capiat *ABH sed corr* (*etiam in A*) ca- piat̃   16 neglegantur *B* ne legant̃ (*in marg* neglegantur) *H*   ipſe* *A*   17 ſu ememoria *sed* ſuę memoria *corr B* memoria *corr* ā *H*   complectat̃ *H*   19 adſentior *A* aſſen- tior *H*   20 maxumae *B* maxime *A* maximę *H*   ata&ate *B* tu *corr* tū *B* Cum *H*   21 · c · n · *AB* · G · n · *H*   inluſtra-

bit, incurret etiam in illum *diuinum* et memorabilem annum suum: quae ab isto malo praedicari quam, ut aiunt, de Remo et Romulo.

MARCVS. Intellego equidem a me istum laborem iam diu postulari, Attice: quem non recusarem, si mihi ullum tribueretur uacuum tempus et liberum; neque enim occupata opera neque inpedito animo res tanta suscipi potest: utrumque opus est, et cura uacare et negotio.

9 ATTICVS. Quid ad cetera, quae scripsisti plura quam quisquam e nostris, quod tibi tandem tempus uacuum fuit concessum?

MARCVS. Subsiciua quaedam tempora incurrunt, quae ego perire non patior, ut, si qui dies ad rusticandum dati sint, ad eorum numerum adcommodentur quae scribimus: historia uero nec institui potest nisi praeparato otio nec exiguo tempore absolui; et ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus *sum*, si traducor alio, neque tam facile interrupta contexo quam absoluo instituta.

10 ATTICVS. Legationem aliquam nimirum ista oratio

---

uit *sed* bit *pr corr B* inlustrabat (i *superscr.*) *H* 1 illum et *AB* illum *H* diuinum *addidi: confer Philipp.* 13, 19, 44 memorabilis ac diuina uirtus; *ad fam.* 1, 9, 18 commemoranda et diuina liberalitas, *et similia saepe,* diuina et egregia, eximia diuinaque, incredibilis et diuina uirtus, diuina et incredibili fide memorabile mannum *B sed per rasuram correctum* 2 quae] quę *corr* quē *H* 3 aiunt *in litura A* romo *corr* remo *B*, *idem* remulo *sed pr corr* 4 equidē *corr ex* æquidē *ut uidetur B* 5 recussarem *sed* s *prius erasum A* 6 temp*us (l *ut uidetur deletum*) *A* liberum *sed* um *in litura A* 7 ocupata (c *superscr.*) *A* impedito *BH* animores* (t *erasum*) *B* ''amo res (*in marg.* ''animo) *H* 8 cura (c *corr*) *A* 9 quodacetera (d *superscr.*) *sed* quid *corr A* cętera que *H* 10 tibi (i *prius corr*) *A* 11 concessum *Heinsianus* concensus *AB* 12 que *H* 14 adcommodent (c *superscr.*) *AB* accommodent *H* 16 ''ami (*in marg* ''animi) *H* 17 quid | *orsus (d *e corr*) *H* orsus si *ABH* orsus

postulat aut eius modi quampiam cessationem liberam atque otiosam.

Marcvs. Ego uero aetatis potius uacationi confidebam, cum praesertim non recusarem quo minus more patrio sedens in solio consulentibus responderem senectutisque non inertis grato atque honesto fungerer munere. sic enim mihi liceret et isti rei, quam desideras, et multis uberioribus atque maioribus operae quantum uellem dare.

Atticvs. Atqui uereor ne istam causam nemo no- 4 11
scat tibique semper dicendum sit, et eo magis, quod te ipse mutasti et aliud dicendi instituisti genus, ut, quem ad modum Roscius, familiaris tuus, in senectute numeros in cantu cecinerat ipsasque tardiores fecerat tibias, sic tu a contentionibus, quibus summis uti sole-

---

sum si *olim correctum* (*conf. Nizolium s. u.* ordior) 1 ceſſationem *B* ceſſ[at]ionē *A* [t]ceſſionem (*in marg* [t]ceſſationē) *H* (*confer Maduigium Emendat. in Cic. lib. philos. p.* 89) liberãatq; atq; otioſam *sed* ˜ *e corr B* 2 ot[i]oſam *A* 4 comminuſ *B* more *B* (*Halmius errauit*) more ∗ (*fuit* morem) *H* (*sic*) 5 Reſponderen[m]t *B* ſenec|tutiſque (t *prius corr*) *A* 6 jnertiſ *sed* rt *e corr A* ſenectutiſ[q;]que non [in]ertiſ *H* 8 opere *H* 9 uellen[m]dare *B* 10 atqui *B* Atqui *sed* At *in litura A* Aſt qui *Heinsianus* causam noscat *i. e.* excusationem admittat: *quo de usu Mommsenus CIL.* 1, 67: *adde Plauti Truc.* 2, 1, 18 *Spengelii* 11 quo te *A* 12 Inſtitu[if]ti *H* 13 [p.]roſciuſ *A* [ro]p̄·ſciuſ *B* roſciuſ *H* numeruſ *sed* oſ *corr A* 14 cecinerant *A* incantu·ce‿cinerat *B* in cantu remiserat *Lambinus*; *conieci* numeros in cantu (remissius quam ante) cecinerat; *quippe ita sentio nec* in cantu *nec* cecinerat *recte temptari, ex* tardiores *autem quoniam simile in priore parte orationis audiri posse non uidetur, addendum quod sententiam perficiat. Conf. de or.* 1, 60, 254 solet Roscius dicere se quo plus sibi aetatis accederet eo tardiores tibicinis modos et cantus remissiores esse facturum. ipſ[ſ]aq; *B* 15 contentionibus *unus Goerenzii, Victorius* contionibuſ *A* ſit[c]tua contionib; *B* ſic|tu aconcio-

bas, cottidie relaxes aliquid, ut iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit: quod sustinere quom uel summa senectus posse uideatur, nullam tibi a causis uacationem uideo dari.

12 QVINTVS. At mercule ego arbitrabar posse id populo nostro probari, si te ad ius respondendum dedisses: quam ob rem, quom placebit, experiendum tibi censeo id.

MARCVS. Si quidem, Quinte, nullum esset in experiundo periculum: sed uereor ne dum minuere uelim laborem augeam atque ad illam causarum operam, ad quam ego numquam nisi paratus et meditatus adcedo, adiungatur haec iuris interpretatio, quae non tam mihi molesta sit propter laborem, quam quod dicendi cogitationem auferat, sine qua ad nullam maiorem umquam causam sum ausus accedere.

13 ATTICVS. Quin igitur ista ipsa explicas nobis his subsiciuis, ut ais, temporibus et conscribis de iure ci-

---

nıb; *H* ſumıtuſ utı *H* 1 cottıdıe *B* cotıdıe *AH* relaxıſ *corr* eſ *A* relax(a)ıſ *B* relaxeſ *H* ut*ıã *A* uti iam *Gulielmius* aratıo *B* 3 cũ *A in litura, puto* quom *fuisse*; cũ *B* cum *H* nullatıbı | cauſıſ *sed* ã *corr et* a *ante* cauſ *in margine add B* 4 a cauſıſ (ca *in ras corr*) *H* 5 ad(t) mercule *AB* At (t *e corr*) me hercule *H, cf. p.* 6, 1 poſe *B* 6 probarı* *A* ſı (te ad) aut ıuſ *B* 7 cõ* *A* cũ *B* cum *H* experıendum *ABH sed* 10 experıundo *AB* experı(u)ando *H* 8 cenſeo·ıd ſı *ABH* id censeo. *M.* Si *Turnebus*; cenſeo. *M.* Si *inducto* id *Garatonius ad Milonianam* 18, 48 (*cf. Maduigius Emend. p.* 3); *fortasse* experiendum tibi censeo id ⟨esse⟩. *M.* Si, *uel* experiendum tibi censeo id ⟨quidem⟩. *M.* Si quidem; *repetitum breui interuallo* quidem *uide Brut.* 3, 13 uolui id quidem efficere certe, et capio magnum fructum, si quidem, quod uolui, consecutus sum; *de nat. deor.* 3, 32, 79 debebant illi quidem omnes bonos efficere, si quidem hominum generi consulebant. 9 quınte (*sic*) *B* quın*te *A* qnte *H* 10 mınuerı uel ın *sed* mınuere uelım *corr AB* mınuere | uelım *H* 11 at quã *corr* ad *A* 12 adcedo *A sed* acc *corr*, a(c)cedo *B* accędo *H* 13 hec *H* que *corr* quę *B* 18 aıſ *Heinsianus* alıſ *B* alıſ *in litura A; fuitne* aĩs? *ut*

uili suptilius quam ceteri? nam a primo tempore aetatis iuri studere te memini, quom ipse etiam ad Scaeuolam uentitarem, neque umquam mihi uisus es ita te ad dicendum dedisse, ut ius ciuile contemneres.

Marcvs. In longum sermonem me uocas, Attice, quem tamen, nisi Quintus aliud quid nos agere mauult, suscipiam, et, quoniam uacui sumus, dicam.

Qvintvs. Ego uero libenter audierim; quid enim agam potius aut in quo melius hunc consumam diem?

Marcvs. Quin igitur ad illa spatia nostra sedesque 14 pergimus, ubi, cum satis erit ambulatum, requiescemus; nec profecto nobis delectatio derit aliud ex alio quaerentibus.

Atticvs. Nos uero et hac quidem ad Lirem si placet

Quintilianus dicit (*inst. or.* 1, 4, 11) Ciceroni placuisse aiio Maiiamque geminata i scribere. 1 ſuptılıuſ *sed* ſub *corr A* ſubtılıuſ *BH* cęterı *Heinsianus* ceterıſ *AB* nam[a] *A* 2 ıurı∗ (*fuit* ıurıſ) *A* memım *corr* memını *A* quom[v] *A* cū *B* cum *corr in* qum[o] *deinde radendo effectum* qun (*sic*) *H* ſceuolam *AH* [ſ]ceuolam *B* 3 uentı[t]arē *A* uentıtarā *sed* arē *corr pr B* uentıtarē *H* 4 contemnerıſ *corr* eſ *AB* contempnereſ (e *ante* ſ *in ras corr*) *H* 5 ſermonum *corr* nem *A* me[re] uocaſ *H* 6 quın∗tuſ *A* quıçtuſ[n] *B* quıntuſ *H* alıuſ[d] *H* quıt *corr* quıd *A* 7 dıtam[c] *H* 9 melıuſ (l *in ras corr*) *H* conſummam *Heinsianus* conſūmā *A* conſummā *B* 10 Cuın *corr* Quın *H* ſpatıa *H* ſpacıa *A* adıllaſ pacıa *B* 11 pgımuſ *H* pergım[a] *B* pergamuſ *sed* a *ut uidetur corr A* [de]ambulatum *H* 12 de[e]rıt *ABH, cf. p.* 7, 10 alıut *B* querentıb; *AH*, quę *corr B* 14 [h]ac *B* ad Lirem *Bakius* adırem *AB* adıre *Heinsianus*; *illo* ad Lirem *uniuerse regio significatur, cui commode subiiciuntur haec, quibus accuratius uia designetur,* per ripam et umbram; *et* Lirem *nominari cum aptum sit propter* ripam *tum prope necessarium propter ea quae in prooemio secundi libri* 1, 1 *ab eodem Attico dicuntur,* in Fibreno, nam opinor id illi alteri flumini nomen est, *quae uix satis apte dici uideantur, nusquam in superioribus alterius amnis, qui*

per ripam et umbram. sed iam ordire explicare, quaeso, de iure ciuili quid sentias.

Marcvs. Egone? summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui id interpretari populo et responsitare soliti sint, sed eos magna professos in paruis esse uersatos. quid enim est tantum quantum ius ciuitatis? quid autem tam exiguum quam est munus hoc eorum, qui consuluntur? quamquam est populo necessarium. nec uero eos, qui ei muneri praefuerunt, uniuersi iuris fuisse expertis existimo, sed hoc ciuile quod uocant eatenus exercuerunt, quoad populo praestare uoluerunt; id autem in cognitione tenue est, in usu necessarium. quam

---

est Liris, mentione facta 2 ſenciaſ *B* 3 ego ne (*in marg* memini) *H* ſummuſ *corr* ſummoſ *B* 4 qui id] quid *H* 5 pfeſſuſ *H* 6 enī eſt *H* enim · ē · *corr* enīm · ē · (*h. e.* enim mihi est) *A* enī mihi ē *B* Quid *Heinsianus* quā *AB* 7 e* (*uidetur* ex *fuisse*) *B* erum *A* 8 quamquam *deteriores pauci, Turnebus* quā *AB* quod *H* neceſſario *B* neceſſarieum *H* quamquam . . . necessarium *auctore Reifferscheidio induxit Baiterus, maxime ne Cicero idem iterum u.* 12 *posuisse uideretur; qui tamen non dubitauit scribere Oratore* 21, 69 probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriae: nam id unum ad obtinendas causas potest plurimum. sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi, subtile in probando, modicum in delectando, uehemens in flectendo; in quo uno uis omnis oratoris est. *nec absimile quod hoc ipso capite p.* 13, 12 *et* 15 *paucorum interuallo uersuum legitur* causarum operam, ad quam ego numquam nisi paratus et meditatus accedo *et* dicendi cogitationem, sine qua ad nullam maiorem umquam causam sum ausus accedere, *quorum illud deleri cupit Bakius* 10 exptiſ *sed* i *corr in* e *A* exptiſ *sed* i *ambiguum B* exptеſ *H* 11 populo *B* populū *sed corr* populo *A* quo | ad poplm (*in marg* populo) *H* preſtare *H* 12 in cognitione tenue *Oudendorpius et Maduigius* (*Emendat. p.* 6 *Opp.* 2, 134) incogniti detenui *AB* incogniti de tenui eſt (*in marg* eſt minuſq:) *H. Apparet errores ex hac scriptura* in cognitiōe *ortos* inu*ſu *A* (*fuisse* inuiſu *uidetur*

ob rem quo me uocas aut quid hortaris? ut libellos conficiam de stillicidiorum ac de parietum iure? an ut stipulationum et iudiciorum formulas conponam? quae et conscripta a multis sunt diligenter et sunt humiliora quam illa, quae a nobis expectari puto.

ATTICVS. Atqui, si quaeres, ego quid expectem, quoniam scriptum est a te de optimo rei publicae statu, 5 15
consequens esse uidetur ut scribas tu idem de legibus: sic enim fecisse uideo Platonem illum tuum, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maxime diligis.

MARCVS. Visne igitur, ut ille Cretae cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo aestiuo, quem ad modum describit, die in cupressetis Gnosiorum et spatiis siluestribus, crebro insistens, interdum adquiescens, de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat, sic nos inter has procerissimas populos in uiridi opacaque ripa inambulantes, tum autem residentes, quaeramus isdem de rebus aliquid uberius quam forensis usus desiderat?

---

1 ortarıſ *B* horıtarıſ *sed* hort *ras corr H* 2 ſtellıcıdıor. *H* (*sic*) anſtıpulatıonū *B* aut || ſtıpulatıonum *H* 3 formuloſ *sed* aſ *corr B* formulıſ *H* componā *B* 4 & · ſcrıp| ta *BH* 6 adquı *B* quereſ *H* quaeris *Rathius* 7 ẽſatate (t *prius in ras*) *H* · RI · P · *B* · R · p. *sed* R *in litura A* reı · p · *H* 8 conſequenteſ ſe *B* 10 ammırarıſ *H* 12 crete *BH* crete *A* cum Crete *Turnebus* 13 lacedemonıo *ABH* Megillo *editiones* megal*o (*fuit* megallo) *B* maegala *sed* a *ultimum in litura A* megallo *H* eſtıuo *H* 14 cupraeſſ&ıſ *A* cupſſetıſ *H* noſıorū *B* onoſıor. *H* ſpacıſ *B* ſpacıı | (*sic*) *H* ſıueſtrıb; *B* 15 ́atquıeſcenſ *sed* ad *corr A* adquıeſcenſ *B* adquıeſcenſ *H* 16 disputat *Turnebus* dıſputanſ *ABH* disputauit *Klotzius* 17 pcerıſſımaſ (erıſ *in litura*) *A* pcer|rımaſ *H* populo *A* uırıdı opacaq; *H* uırıdıo‿pacaq; *B* uırıdı*opacaq; (o *corr*) *A*, *fuisse in hoc quoque* uırıdıo pacaq; *uidetur* 18 cum *corr* tum *H* 19 queramuſ *B* Hıſdem *B* hıſdem *A* ıſdem *H* alıqd *B*

Atticvs. Ego uero ista audire cupio.

Marcvs. Quid ait Quintus?

Qvintvs. Nulla de re magis.

Marcvs. Et recte quidem: nam sic habetote, nullo in genere disputando posse ita patefieri, quid sit homini natura tributum, quantam uim rerum optimarum mens humana contineat, cuius muneris colendi efficiendique causa nati et in lucem editi simus, quae sit coniunctio hominum, quae naturalis societas inter ipsos; his enim explicatis fons legum et iuris inueniri potest.

17 Atticvs. Non ergo a praetoris edicto, ut plerique nunc, neque a duodecim tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas.

Marcvs. Non enim id quaerimus hoc sermone, Pom-

---

2 qd* (d *corr ex* u) *A, fuit* quı quın*τuſ *A* quıeτuſ *B* quıntuſ *H* 4 habeοτe *H* 5 posse ita *scripsi* honeſτa *AB* dıſputando honeſτa (*in marg* magıs) *H*. [*Tenui quod posueram; non magno enim molimine* posseita *ex* honeſta *reciperari uidetur et in genere dicendi quid uituperetur non intelligo: nam et* posse *ualde huic orationi accommodatum, ut in illis* quibus nihil potest esse ieiunius (*p.* 8, 1, *cf.* 1, 18, 49) *multisque similibus, et* ita *in ipsa sententia habet quo referatur* (nullo in genere ita ut in hoc), *id quoque de more* (*de fin.* 3, 22, 74), *nec* genere *sibi quod addatur requirit, quae uox uniuerse rem, materiam, argumentum disputationis designat* (1, 21, 56; 2, 19, 47; *de rep.* 1, 11, 17), *denique*] disputando *recte et ex usu coniungitur cum* patefieri, *ut de oratore* 1, 57, 244 patefecit dicendo; *de rep.* 1, 16, 25 cum disputando rationibusque docuisset; *pro Scauro* 9, 19 quae potest eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam confutare, *et in his ipsis libris* 3, 6, 14 inlustrauit omnem hunc ciuilem in disputando locum 6 anaτura *H solus cf. Maduigium de fin. p.* 506 uım (uı *in ras*) *H* obτımarū *B* 7 colendı *corr ex* colındı *A* 8 naτı**& ınluce‿medıτıſſım *B* ſumuſ *H* que *H* 9 conıunτıo *A* homınū,q; *A* homınū·que *sed corr* quę *B* homınum · quę *H* 10 ıſ *B* explıcabıſ *B* explıcaτoſ *corr* ıſ *A* explıcaτıſ *H* 13 fılofophıa aurıendam *H* aurıendam *B* 14 puτam *sed ambigue H* 15 querımuſ *H* pom-

poni, quem ad modum caueamus in iure aut quid de quaque consultatione respondeamus. sit ista res magna, sicut est, quae quondam a multis claris uiris, nunc ab uno summa auctoritate et scientia sustinetur, sed nobis ita conplectenda in hac disputatione tota causa est uniuersi iuris ac legum, ut hoc ciuile quod dicimus in paruum quendam et angustum locum concludatur [naturae]: natura enim iuris explicanda nobis est eaque ab hominis repetenda natura, considerandae leges, quibus ciuitates regi debeant, tum haec tractanda quae conposita sunt et descripta iura et iussa populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt quae uocantur iura ciuilia.

Qvintvs. Alte uero et, ut oportet, a capite, frater, 6
repetis quod quaerimus; et qui aliter ius ciuile tra- 18
dunt non tam iustitiae quam litigandi tradunt uias.

Marcvs. Non ita est, Quinte, ac potius ignoratio iuris litigiosa est quam scientia. sed hoc posterius: nunc iuris principia uideamus.

Igitur doctissimis uiris proficisci placuit a lege, haud scio an recte, si modo, ut idem definiunt, lex est ratio

---

ponı (onı *ex* om *corr*) *H*   2 quaquȩ *H*   3 condam *corr* qon-dam *B* que condam *corr* quȩ qondam *H*   4 ſed *corr ex* & *A*   nobis ita '*ex antiquo libro*' *Manutius* norıſ ıſta *ABH* nobis ista *Corradus* nobis *omisso* ista *R. Stephanus*   5 conpleтenda *B*   hanc *B*   7 concludatur · natura '*ex antiquo libro*' *Manutius, R. Stephanus* concludaтur naтurae · naтura *ABH*   9 conſideranda elegeſ *corr* conſiderandæ * legeſ *B* conſiderande legeſ *H*   10 cıuıтatıſ *corr* eſ *AB* cıuıтateſ *H*   çū *H*   11 conpoſıтa *AB* compoſıтa *H*   12 nr̃ı* (*fuit* nr̃ıſ) *B*   uocabunт̃ *H*   14 alтe * (*fuit* alтer) *B* Alтero ũo (uero) *H*   15 querımuſ *AH* q;rımuſ *B*   q * *A*   alтerıuſ *corr* alтer · ıuſ *B* ¨alтerı ıuſ (*in marg* ¨alıтer) *H*   16 ıuſтıcıae *A*   uıaſ Nonıтa · ē · *in litura A*   17 quın*тe *A* quınçтe *BH*   ac *corr* aт *AB* ac (aт) *H*   20 auт *corr* haud *A* auт (h) *B* Hauſcıo (d) *H*

summa, insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria: eadem ratio cum est in
19 hominis mente confirmata et perfecta, lex est. itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea uis sit, ut recte facere iubeat, uetet delinquere; eamque rem illi Graeco putant nomine *a* suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro a legendo: nam ut illi aequitatis, sic nos delectus uim in lege ponimus, et proprium tamen utrumque legis est. quod si ita recte dicitur, ut mihi quidem plerumque uideri solet, a lege ducendum est iuris exordium; ea est enim naturae uis, ea mens ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriae regula. sed quoniam in populari ratione omnis nostra uersatur ora-

---

1 in *auctore Maduigio tollunt Halmius et Baiterus: quod mihi abesse non posse uidetur, dicit enim diuinam rationem quae est insita in rerum natura* que *B pr* eaque *H* eaq; *B pr* 2 ꝓhıb& quae *AB* Prohıb& que (*corr pr* quę, *dein* que) *Heinsianus* 3 perfecta *scripsi* confecta *ABH; confer p.* 29, 9 confirmat ipsa per se rationem et perficit; *p.* 22, 13 ratio adoleuit atque perfecta est; *et saepe alias* perfecta ratio *tam in his libris quam in aliis Ciceronis dicitur; praefixa praepositio corruptelam traxit a proximo* confirmata, *quem ad modum simili errore de fin.* 3, 3, 11 nihil adiuuare arbitror neque adfirmare *scribitur pro eo quod uerum puto* confirmare *uel* firmare. *confer ibidem* 2, 26, 82 nulla expectata nec exquisita uoluptate *pro* quaesita 4 ıuſſıt (ıu *in ras, obscure, in margine* uıſ) *H* 5 eamquae *A* 6 greco *AH* n eſt (nomine) *H* a *addidit Turnebus* * cuıq; *B* apellatā *B* 7 alıgendo *sed* a legendo *corr AB* alıcendo *corr* alıgendo (c) *H* equıtatıſ *B* 8 delectuſ uım *Heinsianus* detectuſ (intellectuſ) uım *B* (*sic*) ıntellectuſ (·uım·) *A sed* ıntellectuſ *in litura, nec dubitandum, quin is ante rasuram* detectuſ (*uel* delectuſ) uım *habuerit, reposito autem* ıntellectuſ *propter spatii angustias* uım *supra uersum collocatum sit* ıntelege *B* 9 Quod ſı ıta *Heinsianus* quoſıt ıta *AB* 10 plerum qua *B sed* que *corr* ducendum (ē) *H* 12 prudentıſ *ABH* prudens *Halmius et Baiterus errore* adq; (t) *B* 13 popuları * ratıone *A* popuları * ratıone *corr ex* popularıſ

tio, populariter interdum loqui necesse erit et appellare eam legem, quae scripta sancit quod uult aut iubendo *aut prohibendo*, ut uulgus appellat; constituendi uero iuris ab illa summa lege capiamus exordium, quae saeclis omnibus ante nata est quam scripta lex ulla aut quam omnino ciuitas constituta.

QVINTVS. Commodius uero et ad rationem instituti 20 sermonis sapientius.

MARCVS. Visne ergo ipsius iuris ortum a fonte repetamus? quo inuento non erit dubium quo sint haec referenda, quae quaerimus.

QVINTVS. Ego uero ita esse faciendum censeo.

ATTICVS. Me quoque adscribe fratris sententiae.

MARCVS. Quoniam igitur eius rei publicae, quam optumam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis et seruandus status omnesque leges adcommodandae ad illud ciuitatis genus, serendi etiam mores nec scriptis omnia sancienda, repetam stirpem iu-

---

rationiſ *B* populari ratione *H* 1 apellare *A* apellare *H* 2 legemq; (q; *corr*) *B* ſcripta *H* 3 aut prohibendo *addidit Baiterus coll. p.* 19, 1 quae iubet ea quae facienda sunt prohibetque contraria; *cf.* 2, 4, 8 imperandi prohibendique sapientia; *de nat. deor.* 1, 14, 36 recta imperantem prohibentemque contraria. aut uetando *uulgabatur ante* appellat *C. Stephanus* appellar& *B* appellare · & *Heinsianus* appellarit (it *corr in loco raso trium litterarum capaci*) *A* conſtituendo *B* conſtituendo *H* conſtituendi (i *ultimum e corr*) *A* 5 ſaeclıſ *A* ſeclıſ (cl *in rasura corr*) *B* ſedıſ *H* omnibus *Ascensiana* communibuſ *AB Heinsianus* (*de A errauit Halmius*) annatae *B* antenotae *praeter* a *primum et* ˜ *in litura A* annataeſt *corr* an|na *H* 7 abratione (˜ *e corr B*) 9 repetam *corr* am' *H* 11 reuerenda *B* querimuſ *AH* 13 ascribe *R. Stephanus* adſcribi *AB* aſcribi *H* ascribito *Victorius* 15 optumam *B* optimā *A* obtimam *H* docui *sed* docuit *corr A* tenendum *H* 16 omſquae *B* adcōmodande *A* adcommodande *B* accommodande *H* 17 "illud *in marg* "illi' *H* & iam (*corr*

ris a natura, qua duce nobis omnis est disputatio explicanda.

Atticvs. Rectissime, et quidem ista duce errari nullo pacto potest.

7 21 Marcvs. Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, nam Quinti noui sententiam, deorum inmortalium ui, natura, ratione, potestate, mente, numine, siue quod est aliud uerbum, quo planius significem quod uolo, naturam omnem regi? nam si hoc non probas, ab eo nobis causa ordienda est potissimum.

Atticvs. Do sane, si postulas; etenim propter hunc concentum auium strepitumque fluminum non uereor condiscipulorum ne quis exaudiat.

Marcvs. Atqui cauendum est; solent enim, id quod uirorum bonorum est, admodum irasci, nec uero ferent, si audierint te primum caput libri optimi pro-

---

етıam) *H* 1 nobıſ — 3 duce *in textu ob eiusdem uocis* duce *repetitionem omissa in imo margine manu antiqua posita A* explıcanda (lı *e corr*) *B* 5 pompenı *B* pomponı | (nı *a corr add*) *H* 6 deor. *H* ui natura *R. Stephanus*, *Lambinus* uт naтura *AB* uт nara (*in marg* naтura) *H* ui *omisso* natura *in margine editionis Lambinianae quae dicitur a.* 1584: *id quod Halmius et Baiterus approbarunt, iniuria: quod enim in unius sententiae ambitu* natura *bis non una significatione ponitur, nec per se est offensio* (*notum enim est quoties non solum* natura *sed etiam* res, sententia, ratio, causa, genus, *alia, in una eademque sententia non eadem sententia ponantur*) *et si est offensio, hoc loco tollitur eo quod in synonymorum coaceruatione* natura *fere sua et propria ui exutum uidetur: ceterum nihil frequentius Ciceroni quam copulata* uis *et* natura *nomina* (*conf. ann. gymn. Austriac.* 1868 *p.* 104) 7 nomıne *B* 8 quo] quod *H* 9 rıgınā *sed* regı | nā *corr A* rıgınem *B* regı · nam (*in margine* dıuınam) *Heinsianus* abeo (*sic*) *H* 10 orтuenda *H* 14 aтquı (aт *in rasura*) *B* 15 uero *H* 16 caput libri *Victorius* capuтlı (*h. e.* libri, *quod eo compendio saepe uelut in Festi codice scribitur*) *A pr* capullı *B*, *corr A* capıтulı *sed in margine* ca-

didisse, in quo scripsit 'nihil curare deum nec sui nec alieni.'

Atticvs. Perge, quaeso: nam id, quod tibi concessi, 22
quorsus pertineat expecto.

Marcvs. Non faciam longius; huc enim pertinet, animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem uocamus hominem, praeclara quadam condicione generatum esse a supremo deo. solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, quom cetera sint omnia expertia. quid est autem, non dicam in homine sed in omni caelo atque terra, ratione diuinius? quae quom adoleuit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. est igitur, quoniam nihil est ratione 23

---

pullı (*sic*) *H* caput uiri *Aldus nepos* 1 scripsit] '*Epicurum non nominauit, quod satis Attico notus esset auctor sententiae, et cum inter se Epicurei* dixit *dicebant*, *per excellentiam Epicurum intelligebant.*' *Turnebus. Conf. Tusc.* 1, 14, 31 Serit arbores, quae alteri saeculo prosint, ut ait in Synephebis, *quem locum doctissimi quidam pluribus modis interpolarunt* ne ſuı *A* 3 queſo *A* q;ˬſonam *B* ıd (d *corr ex* c) *B* 4 curſuſ *corr* quorſuſ *B* 6 ſagax eт (x eт *in ras corr*) *H* 7 conſılııſ *B* 8 condıтıone *AB* condıcıone *H* *Lactantius Inst. diu.* 4, 4, 6 M. Tullius, qui fatetur hominem praeclara quadam condicione a summo (supremo) deo esse generatum. *Ibidem* 1, 5, 24 Cicero .. frequenter deum confitetur ac supremum uocat in iis libris, quos de legibus scripsit. 9 generalıbuſ *B* 10 et cogitationis *omisit B* & cogı ‖ тaтıonıſ *A sed* & cogı *in extrema pagina litura corr* quõm *B* cum *H* quoř *A sed* ř *in litura corr* ceтera (a *corr in rasura*) *A* 11 exparcıa *B* *Lactantius Inst. diu.* 2, 11, 15 Quod Cicero quamuis expers caelestium litterarum uidit tamen, qui libro de legibus primo hoc idem tradidit quod prophetae, cuius uerba subieci. 'animal hoc prouidum · · · omnia expertia.' eſт *sed* ſт *in ras corr H* 12 dıuınıuſ *A* 13 quom *A* cum *H* dıuınıˬuſquęquo madoleuıт (7 *et cetera signa e corr*) *B* *Lactantius Inst. diu.* 3, 10, 6 et quia in homine ratio ipsa perfecta est,

melius eaque et in homine et in deo, prima homini cum deo rationis societas. inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio et communis est; quae cum sit lex, lege quoque consociati homines cum dis putandi sumus. inter quos porro est communio legis, inter eos communio iuris est; quibus autem haec sunt inter eos communia, et ciuitatis eiusdem habendi sunt. si uero isdem imperiis et potestatibus parent, multo iam magis; parent autem huic caelesti descriptioni mentique diuinae et praepotenti deo. ut iam uniuersus hic mundus *sit* una ciuitas communis deorum atque hominum existimanda. et quod in ciuitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum distinguuntur status, id in rerum natura tanto est magnificentius tantoque praeclarius, ut homines deo-

---

sapientia nominatur. 1 eaque (ea *in litura*) *AB* ęquę *H* eaque (est) *Maduigius* in deo (inest) *Wyttenbachius* 2 & ſocıetaſ (*sic*) *H* 3 & ıam (*corr* etıam) *H* ratıonę & *H* ratio communis est *R. Stephanus; fuitne* par et communis? *cf. p.* 38, 1 *et p.* 26, 1 4 conſotıatı *A sed* ot *corr* homıneſ (h *corr*) *B* cūdıſ* (dıſ *in rasura*) *A* cum dıſ.putandı *B* (*idem fuisse in A ante lituram apparet*) cum dıſputandıſum' *sed lineolis distincta H* 7 inter eos *quod Mosero auctore a plerisque deletur tutatur Haasius ad Reisigii schol. ling. lat. adn.* 374 communı *B* & *BH et in rasura corr A* ei *Bakius* cıuıtatę (tiſ) *H* 8 hıſdē *B* 9 parent* *AB* (*uidetur* parente *in B fuisse, de A ambiguum est*) parent *H* autem *A* aut̄ *B* āu *H* deſcrıptıone (*corr* nı) *B* de ſcrıptıonı *H* dıſcrıptıonı *A; confer ad* 3, 5, 12 mentıo quedıuıne (*corr* nę) *B* mentı*que dıuınę *sed* ın *corr in rasura A* mentıq; dıuınę *H* 10 p̄potentı (vn) deutıam *B* prępotentı (un) de (o) &ıam (&ıam *in rasura*) *A* p̄potentı dō · ut ıā *Heinsianus eandemque scripturam puto ante lituram in A fuisse* [*h. e.* deutıam *pro* deo] *nec esse cur alia anquirantur cum Halmio; de* ut iam *confer* 2, 3, 6 11 sit *om ABH* existimanda sit *Turnebus* 12 ex*ıſtımanda *A* cıtatıb; *B* 13 dıqua *corr* de *A* dıcıtur *corr* dıcetur *AB* dı|cet̄ *H* a(g)natıonıbuſ *A* 14 dıſtınguntur *A* ıd (ın) rerum *H* 15 magnıfıcencıuſ *A* magnıfıcen(tı)*uſ *H* ple-

rum agnatione et gente teneantur. nam cum de natura 8 hominis quaeritur, disputari solet, *et* nimirum ita est 24 ut disputatur, perpetuis cursibus conuersionibus*que* caelestibus extitisse quandam maturitatem serendi generis humani, quod sparsum in terras atque satum diuino auctum sit animorum munere, quomque alia quibus cohaererent homines e mortali genere sumpserint,

---

clarıuſ *B* 1 contineantur *Gulielmus Christ, sed confer de diu.* 1, 30, 64 (animus) quippe qui deorum cognatione teneatur cū $\overset{de}{\text{natura}}$ *B* 2 hominis *Turnebus, R. Stephanus* omnı (om̄ı) *ABH* quaeruntur dıſputarı ſolent nımırum ıta ſunt (ſ̄ *B*) ut dıſputantur *ABH; cum de* quaeritur *quod iam in uetustissimis editionibus expressum est non uideatur dubitari posse, simplicitas suadet, ut idem numerus etiam reliquis uerbis reddatur omnibus* (solet *deteriores nonnulli*), *quae ab eo errore, quo primum* quaeruntur *positum est, aequabilitatis studio ut fit in pluralem numerum abierunt* (*cf. Schoemanni Opusc. acad.* 3, *p.* 345), *et recte* et *additur ante* nimirum (*a Lambino*) *quem ad modum ad Att.* 15, 19, 2 potest totum esse σχεδίασμα, et nimirum ita est, *et ibidem* 16, 7, 5 aliud nihil habeo, quod iis a te uerbis significari putem, et hercule ita est, *et saepe alibi. ceterum resecari illud commatium* nimirum .... disputantur, *quod auctore Wyttenbachio Halmius et Baiterus uoluerunt, non debuit: quid enim si hoc quod disputari solet uerum non est aut scriptori non probatur, quo iure eo uti argumento potuit ad demonstrandum id quod posuit, homines deorum agnatione teneri?* 3 que *add Ernestus* *Lactantius Inst. diu.* 2, 11, 1 Aiunt certis conuersionibus caeli et astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium serendorum. *unde si quid omnino colligere licet, rectius legisse Lactantium* cursibus *quam non legisse colligas; quod uocabulum iniuria deletur ab iisdem editoribus: confer Tusc.* 5, 24, 69 totius mundi motus conuersionesque perspexerit. *de nat. deor.* 2, 5, 15 aequabilitatem motus conuersionumque caeli: *sic enim puto recte scribi quae traduntur* conuersionem caeli; *ibidem* 2, 25, 64 cursum et conuersionem spatiorum ac temporum. 4 extı*tıſſe *A* ex$\overset{tı}{\text{t}}$ıſſe *B* extıtıſſe *H* 5 $\overset{r}{\text{p}}$arſum *A* factum *AB* $\overset{ſ}{\text{f}}$actum *Heinsianus* 6 munerı (*corr* munere) *AB* munerı̨ *H* cumque *Turnebus* quamq; *H* $\overset{Namq\bar{d}}{\text{quamq;}}$ (d̄ *corr ex* u) *A* $\overset{N\ \ \bar{d}}{\text{quamque}}$ *B* alia quibus *Ascensiana* alıquıbuſ (quıb;) *ABH* 7 $\overset{re}{\text{coherent}}$ *A* co|herent *BH* ſum-

quae fragilia essent et caduca, animum esse ingeneratum a deo. ex quo uere uel agnatio nobis cum caelestibus uel genus uel stirps appellari potest. itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. ex quo efficitur illud, ut is agnoscat deum, qui, unde ortus sit, quasi recordetur *et* agnoscat.

ſerınt *A* 1 que *corr* quę *B* flagıcıa *B* flagıtıa *H* fragılıa *A sed* r *et* l *e corr* 2 uere] aere *H* agnıtıo *H*, *in margine ad hunc uersum a scriptum est* 3 stirps *olim correctum* ſtırpıſ *ABH* apelları *AH* *Formam sententiae* ex quo . . appellari potest *illustrauit Maduigius Emend. Liuian. p.* 367 4 habeat** (at *corr in rasura, fuit ut uidetur* hab& ad) *B* habeat* (at *corr ex* t) *A* habeat | *sed* at *in ras corr H* 5 aliquam dei. ipsisque in hominibus *R. Stephanus* alıquā de ıpſıſ quın homınıb; *B pr* alıquā deı*** quın homınıb; *corr B* alıquade | ******* ~~quı homınıbuſ~~ (*in rasura* de ıpſıſ *fere agnoscitur; de* (*sic*) *in exitu uersus uidetur non prima manu scriptum esse*) *A* alıquam · De ıpſıſ quıdē (ıdē *in rasura*) homınıbuſ *H* nulla eſt (gens *supra*) *A* 6 manſu&am *B* manſuetā *A* manſueta *H* 7 ętıam *H* *Conf. de diuin.* 1, 1, 2 gentem quidem nullam uideo neque tam humanam atque doctam neque tam immanem tamque barbaram, quae non significari futura . . censeat. 8 ęffıcıtur *H* ıllıdexhıſagnoſcat* quı*unde (ut, deum *supra*) (at *in rasura corr ex* unt *ut uidetur*) *A* ut ıgnoſcat *H* 9 o tuſ *corr* ortuſ *A* recordetur et agnoscat *Turnebus, R. Stephanus* recordetur| agnoſcat *A* recordetur cognoſ|cat (a *supra*) *B* recordetur cognoſcat *H* agnoscat *praue deletur ab Halmio et Baitero, quod uerbum quam aptum fuerit huic sententiae uel illa docent Acad. post.* 1, 3, 9 ut possemus aliquando qui et ubi essemus agnoscere, *et in Pison.* 6, 12 ipse certe agnoscet et cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. *Tusc.* 1, 24, 58 agnoscit illa reminiscendo. *Lactantius Inst. diu.* 3, 10, 7 Qua de re Ciceronis uera est sententia. 'Ex tot', inquit, 'generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta (immansueta *libri nonnulli*) neque tam fera, quae non etiamsi ignoret qualem haberi deum deceat

iam uero uirtus eadem in homine ac deo est neque alio ullo in genere praeterea; est autem uirtus nihil aliud nisi perfecta et ad summum perducta natura: est igitur homini cum deo similitudo. quod cum ita sit, quae tandem esse potest propior certiorue cognatio? itaque ad hominum commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea, quae gignuntur, donata consulto nobis, non fortuito nata uideantur, nec solum ea, quae frugibus atque bacis terrae fetu profunduntur,

---

tamen habendum sciat. ex quo efficitur (*om* illud), ut is agnoscat deum, qui unde ortus sit quasi recordetur (*om* agnoscat).' *Ibidem* 7, 9, 10 illud argumentum, quod etiam M. Tullius uidit, satis firmum est, ex eo aeternitatem animae posse dignosci, quia nullum sit aliud animal, quod habeat notitiam aliquam dei. *Idem de ira dei* 7, 6 Propterea nullum est animal, ut ait Cicero, praeter hominem, quod habeat aliquam notitiam dei. *ceterum ex hoc potissimum loco colorem quendam duxisse uidentur quae scribit Lactantius Inst. diu.* 1, 2, 5 nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, qui non, oculos suos in caelum tollens, tametsi nesciat, cuius dei prouidentia regatur hoc omne, quod cernitur, aliquam tamen esse intelligat. 1 Iā uero uirtuſ (Iā u *in rasura corr*) *A* uirtuſ (iam) *omisso* uero *B*; |I am ūo uirtuſ (*sic*) *H* 2 in genere *Dauisius* ingenio *ABH* praeterea. est autem *editiones* p̄tereaſ autem (aut̃) *AB* p̄t̃ eaſ aū *H* 3 nisí perfecta *Bakius* inſe perfecto *ABH* quam in se perfecta *deteriores* p̲ducta natura eſt *AB* p̲ducta. |Naturaliſ eſt *Heinsianus* perducta natura. naturalis est *Kleinius n. mus. Rhen.* 24, 496 4 quomdeo ſimilitudo (c, &) *B* quod (od *e corr*) *A* quom (æd) (*h. e.* quom *pr corr in* quae, *dein mutatum in* quod) *B* quod *H* que *corr* quę *B* 5 propior *in litura B* p̲pior* *A* p̲pior *H* cercior‿uecognitio (a) *B* cerciorue cognatio *sed* a *e corr A* certiorue cognatio (a *ex* i *corr*) *H* 6 ad (d *corr ex* b *ut uidetur*) *AB* ad *H* commoditatiſ (eſ *corr*) *AB* commoditateſ *H* ubertatem (b *ex* u *ut uidetur*) *H* 7 q̄**gignunt̃ (gi *in rasura corr*) *H* 8 conſulta (o) *B* conſulto *sed* o *ultimum corr ex* a *A* conſulta *H* nob̄ confor|tuito *H* 9 aeaq; *corr* *eaq̃; *B* bagiſter|rę (c) *B* bacis terrę *sed* cis ter *in ras A* bacis|terrę (b *corr ex* u) *H* fętu *H*

sed etiam pecudes, quod perspicuum sit, partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad uescen-
26 dum procreatas. artes uero innumerabiles repertae sunt docente natura, quam imitata ratio res ad uitam ne-
9 cessarias sollerter consecuta est. ipsum autem hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornauit, sed et sensus tamquam satellites adtribuit ac nuntios, et rerum plurimarum obscuras nec satis ** intellegentias enudauit quasi fundamenta quaedam scientiae,

---

1 quod (*sic A quoque*) perspicuum sit, *quae certatim corrigere studuerunt, uindicauit Maduigius Emend. in Cic. lib. philos. p.* 8 *sq.* partum *corr* part*ım *B* ad uſum *A* ad*uſum (*uidetur* adhuſum *fuisse*) *B* ad uſuſ *H* 2 fructuum *A* fructuũ *corr* fructũ* *B* fructum *H* uıſcendum *corr* ueſ *AB* ueſcendum *H* 3 artıſ *corr* eſ *AB* Arteſ *H* uıro *corr* uero *A* ınnumerabılıſ *corr* eſ *AB* ınnumerabıleſ *H* repte *H, corr* tę *B* 5 ſolertaſ *corr* ſolerter *AB* ſollerť *H* conſecuta (t *corr, ex* ı *ut uidetur*) *H* 6 caeleritate *B* 7 sed ei *Bakius* adtrıbuit *AB* ad|trıbuıt *H* nuncıoſ (c *mutatum in* t) *A* 8 nec ſatıſ ıntellegencıaſ *mutatum in* gendaſ *AB* nec ſatıſ | ıntellegentıaſ *H;* satis (apertas) *Lambinus* satis (claras) *Maduigius* satis (inlustratas) *Beierus*, *quorum hoc praeferendum uidetur propter* 1, 22, 59 quasi adumbratas intellegentias . . quibus inlustratis. 9 enudauıt *A* enudauıd *B* enodauıt *H* [inchoauit *Auratus et hoc* (*siue* incohauit) *probatum Maduigio* (*de fin. p.* 709) *plerique nunc edere solent coniectura usi satis incerta: quippe id uerbum etsi cum* fundamentis *bene coniungitur, quoniam aliud structurae genus sequitur* (*conf. p.* 49, 1), *non ita commode inter* adtribuit *et* dedit *medium interponi uidetur; praeterea* obscurae nec satis clarae intellegentiae *ipsae sunt* inchoatae (*cf. p.* 29, 8; 31, 6); *itaque* rerum plurimarum intellegentias in animis inchoauit quasi fundamenta scientiae *apte quidem, minus apte* obscuras nec satis claras, *h. e.* inchoatas, intellegentias inchoauit *scribi potuit; quocirca*] donauit *praeeunte Krausio* et donauit *putaui abiisse in* enudauit *siue* enodauit (*errore frequenti quo* dono *et* nodo, domo *et* modo *permutari solent*), *ita ratus in aperto aliam ob causam interstitio simul alterum uerbum interiisse totamque formam orationis hanc fuisse* rerum plurimarum obscuras nec satis (inlustratas ingenuit) intellegentias et donauit quasi fundamenta quaedam scientiae. *Cf. de fin.* 5, 21, 59 ingenuitque sine doctrina

figuramque corporis habilem et aptam ingenio humano
dedit: nam cum ceteras animantes abiecisset ad pastum,
solum hominem erexit ad caeli*que* quasi cognationis
domiciliique pristini conspectum excitauit; tum speciem
ita formauit oris, ut in ea penitus reconditos mores
effingeret: nam et oculi nimis arguti, quem ad modum 27
animo affecti simus, locuntur, et is, qui appellatur uultus, qui nullo in animante esse praeter hominem potest, indicat mores, quoius uim Graeci norunt, nomen omnino non habent. omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem uocis, orationis uim, quae

---

notitias paruas rerum maximarum; *et de duplici uerbo de orat.* 1, 25, 114 inseri quidem et donari ab arte non possunt, omnia sunt enim illa dona naturae; *de diuin.* 2, 46, 96 haec astro ingenerata et tradita. 1 figurã quae *B* 2 ceтeraſ anımam (m *extremo in* n *mutato*) *B* ceтeraſ anımanтeſ *corr ex* anımam *A* cęтera anımalıa *H* abıecıſſeт (т *in ras corr*) *H* 3 ad caelique *deteriores nonnulli, C. Stephanus* ad caelı *AB* & ad cęlı *Heinsianus* [*quem uulgo sequuntur eius fide libri male aestimata: quod posui cum scriptura ipsa* ad caeliq. quasi *tum Ciceronis usu commendatur qui uel in his libris* ad legesque; in urbemque; ab eodemque *scribit plurimaque eius generis per omnes libros habet exempla*]

4 Cum *corr* Tum *H* 5 formaтıorı* *A* for|ma ulтıorıſ *corr* alтıorı *B* formauıт orıſ *H* 6 nimis *cur displiceat nescio:* mimi arguti *Heideggerus Halmii discipulus, id quod et Halmio et Baitero mirifice placuit, et de* mimis *iam olim cogitauerat Moserus.* [*Meo iudicio accedens Hauptius Opp.* 2, 457 *istas ineptias acriter perstrinxit compluribusque exemplis demonstrauit* '*non metuendum fuisse Ciceroni ne indignari uideretur loquacitatem oculorum si diceret eos* nimis argutos'; (*cf. p.* 41, 5); *neque tamen desierunt ineptire*] arguтı (g *corr*) *B* 7 effecтı ſumuſ *AB* affecтıſ ſımuſ *Heinsianus* & hıquı appellanт *B* appellaт *sed* app *et* т *in rasura corr A* appelaт *H* 8 homınũ *A* homıne *B* homınem *Heinsianus* 9 quoıuſ *BH* Cuıus (*sic*) *A e corr* ſuımorecı *corr* *uımgrecı *B* grecı *H* 10 habeт *B* habenт *sed* enт *et proximum* o *in rasura A* habenт *H* oporтunıтaтeſ *ABH* habı·тaтeſq; *B* 11 relı*quı *A* modo|raтıonem *H* uımq; *corr* uım·q̃; *B* uımq; *A* uım·quę *H*

conciliatrix est humanae maxime societatis; neque enim omnia sunt huius disputationis ac temporis et hunc locum satis, ut mihi uidetur, in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. nunc quoniam hominem, quod principium reliquarum rerum esse uoluit, generauit et ornauit deus, perspicuum sit illud, ne omnia disserantur, ipsam per se naturam longius progredi, quae etiam nullo docente profecta ab iis, quorum ex prima et inchoata intellegentia genera cognouit, confirmat ipsa per se rationem et perficit.

10 28 Atticvs. Dii inmortales, quam tu longe iuris principia repetis, atque ita, ut ego non modo ad illa non properem, quae expectabam a te de iure ciuili, sed facile patiar te hunc diem uel totum in isto sermone consumere; sunt enim haec maiora, quae aliorum causa fortasse conplecteris, quam ipsa illa, quorum haec causa praeparantur.

Marcvs. Sunt haec quidem magna, quae nunc bre-

---

1 est *om H* humane *corr* nę *B* maxime *corr* mę *B* humane maximę *H* enim *om H* 2 c^h^uiuſ *B* 3 michi uidetur *H* mihi det̄ *B* (*sic*) uidet̄ *ex parte corr A* iis *deteriores* hiſ *ABH* lib*riſ *A* 4 expraeſſit *A* expreſſit (t *in rasura corr*) *B* ex | pre^ſ^ſit *H* *Lactantius de opif. dei* 1, 13 in libro enim de legibus primo cum hoc idem summatim stringeret, sic ait: 'hunc locum — Scipio.' 5 generauit*& (t & *in rasura corr*) *AB* generauit & *H* 6 deuſ (u *corr in ras*) *H* ne* *A* 7 quae | a&iam (a *ante* & *erasa*) *B* quæetiā *sed* æ *uidetur ex* a *corr A* quę etiam *H* 8 nullū *corr* nullo *AB* nullo *H* iis *deteriores* hiſ *ABH* ex] ē *H* incoata *B* inc^h^oata *A* inchoata *H* 9 intelligentia *A* 10 ratione *corr* nē *B* & pficit *H*, *superscriptum A*, & pfecit *corr* ficit *B* 11 quam tu (*rec* quātū *superscriptum*) *Heinsianus* quantu *corr* quantū *AB* longe (on *in rasura*) *H* 12 at *corr* ad *AB* ad *H* 13 *super* properem *rec* ł feſtinē *scriptum est in A* q; ſpectabam *corr* ,q̄; ^ex^ſpectabam *B* 14 paciar (c *in* t *mutatum*) *A* 15 hec *H* que *corr* quę *B* 16 complecteriſ *H* 18 que *corr* quę *B*

uiter attinguntur, sed omnium, quae in hominum doc-
torum disputatione uersantur, nihil est profecto prae-
stabilius quam plane intellegi nos ad iustitiam esse natos
neque opinione set natura constitutum esse ius. id iam
patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctio-
nem*que* perspexeris. nihil est enim unum uni tam si- 29
mile, tam par, quam omnes inter nosmet ipsos sumus.
quod si deprauatio consuetudinum, si opinionum uanitas
non inbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quo-
cumque coepisset, sui nemo ipse tam similis esset quam
omnes essent omnium. itaque quaecumque est hominis
definitio, una in omnis ualet. quod argumenti satis est 30
nullam dissimilitudinem esse in genere; quae si esset,
non una omnis definitio contineret; etenim ratio, qua
una praestamus beluis, per quam coniectura ualemus,

1 attigunt̃ (n *superscr.*) *B* attinguuntur *H* q; *corr* q̃; *B* quae in hominū quae in hominū *A* 2 diſputatione *Heinsianus* diſputationē *AB* uerſantur *per lituram corr ex* ſeruantur *A* ueruant̃ (ſ *superscr.*) *B* (*sic*) uerſantur *H* nıl *A* preſtabiliuſ *H* 3 intelligi *A* iuſticiā *AB* nato[s] *H* *Lactantius Instit. diu.* 6, 25, 9 homines autem nonnisi ad iustitiam nasci cum philosophi ueteres tum etiam Cicero suspicatur. disserens enim de legibus 'sed omnium' inquit 'quae · · esse natos'. *Idem de ira dei* 14, 4 cuius rei testis est M. Tullius in libris de legibus ita dicens 'sed omnium · · esse natos.' 4 opinioneſ & *corr* opinione*ſed *AB* opinione | ſed *H* ẽẽ *superscriptum A* iuſ*idiam (ſ *erasa*) *B* Id iā patebit *in litura A* 5 homineſ *B* hominū (ū *corr in ras*) *AH* coniunctionem *A* coniuc|tionem *B* coniunctionem (*ras corr* onēq;) *Heinsianus* 6 nihil *praeter* n *in rasura A* 8 conſuetudinēm *AB* conſuetudinum *H* opinionē *A* 9 quoquumq; *A* cocūq; *corr* qocūq; *B* quocumq; *H* 10 cepiſſ& *BH* ipſi *corr* ipſe *A* 11 omnes essent *Ascensiana, Petrus Ramus* omneſ (omſ) ſunt *ABH, idemque Halmius et Baiterus* 12 definitio (n *pr corr ex* ti) *B* una*in (i *corr*) *A* quid (o *superscr.*) *AB* quod *H* 13 nullū *corr* nullā *A* iningenere *B* **ingenere *A* Iningenere *H* que *B* ẽẽ *corr* e& *B* 14 continere *corr* ret *B* 15 preſtamuſ *AB* beluiſ (ui *corr*) *B* beluiſ (ui *in rasura*) *H* coniectiura (*uel* coniac-

argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus, certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. nam et sensibus eadem omnia conprehenduntur, et ea, quae mouent sensus, itidem mouent omnium, quaeque in animis inprimuntur, de quibus ante dixi, inchoatae intellegentiae, similiter in omnibus inprimuntur, interpresque mentis oratio uerbis discrepat, sententiis congruens; nec est quisquam gentis ullius, qui ducem nactus ad uirtutem
11 31 peruenire non possit. nec solum in rectis, sed etiam
in prauitatibus insignis est humani generis similitudo. nam et uoluptate capiuntur omnes, quae etsi est inle-

---

genium natura) probabimus, ingenia iuuenum non item? an ingenia natura: *in summa rei uerissime, nisi quod de* probabimus *addubitare licet, an non recte fecerit ex* probauıт nof; *id quod esse puto* probabit nos, *ut est in deterioribus nonnullis, ad eaque reliqua oratio sic accommodabitur* natura (iudicabitur. an agricola surculi ingenium natura) probabit, nos ingenia iuuenum non item? an: *in quo nos Cicero de se et philosophis siue omnino hominibus intelligit, ut Tusc.* 3, 15, 31 ergo hoc Terentius a philosophia sumptum cum tam commode dixerit, nos, e quorum fontibus id haustum est, non dicemus melius; *Acad. pr.* 2, 7, 20 quam multa uident pictores, quae nos non uidemus; *de diu.* 1, 51, 115. *de comparatione conf. Platonem Eutyphr. p.* 2 *d* ὀρθῶς γάρ ἐστι τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἔσονται ὅτι ἄριστοι, ὥσπερ γεωργὸν ἀγαθὸν τῶν νέων φυτῶν εἰκὸς πρῶτον ἐπιμεληθῆναι.] 1 uırтuтe‿ſeτduıcıa *B* uırтuтeſ&* uıcıa (eſ *in rasura et* c *corr in* т) *A* que *corr* quę *B* uırтuтe·ſed uıтıaqᵘᵉ; *H* 2 adᵇ *B* ıngenıſ *A* 3 quā honeſтa *sed* quā *initio uersus a corr add A* ·quam honeſтa *B* honeſтa (*sine* quam) *H* *eт *A* referrı *A* 4 bonum ē *A* [laudabile est, bonum in *cum Klotzio Halmius et Baiterus, quo corrumpitur plana sententia, opponuntur enim* laudabile bonum *et* ipsum bonum; *neque quicquam illi scripturae fauet quod* ē *superscriptum est in A*] haba& *H* laudeтur (тur *in rasura*) *H* 5 oppınıonıb; *B* 6 eſſeнт *A* ēēт *sed* т *in ras H* oppınıone *B* 7 quo quı·dıcı (d *superscr.*) *B* quod quıdıcı *H* quom *A* qm̄ (cum *superscr.*) *B* cum *H* 8 uт ea *H* 10 **ıudıcanda (*fuit* ınıud *uel* ıuıud) *B* dııudıcanda *sed* dı *e corr A* dııudıcanda *H*; *apparet* diiudicanda *non fuisse primitiuam scripturam, itaque* iudicanda *posui, ut est u.* 8 naтura *corr* rā *B* referanda *A*

perturbat nos opinionum uarietas hominumque dissensio, et quia non idem contingit in sensibus, hos natura certos putamus, illa, quae aliis sic, aliis secus nec isdem semper uno modo uidentur, ficta esse dicimus: quod est longe aliter. nam sensus nostros non parens, non nutrix, non magister, non poëta, non scena deprauat, non multitudinis consensus abducit: at uero animis omnes tenduntur insidiae uel ab iis, quos modo enumeraui, qui teneros et rudes quom acceperunt, inficiunt et flectunt, ut uolunt, uel ab ea, quae penitus in omni sensu inplicata insidet, imitatrix boni, uoluptas, malorum autem mater omnium; quoius blanditiis corrupti,

---

1 oppınıonū *B* dıſ|ſio *corr* dıſ|ſenſio *A* 2 contıngınt *corr* contıngunt *B* contıgıt *H* 3 certaſ *H* ılla,q̄; *corr* ıllaq; *B* ıſdem *B* ıdem *A* ıſdem *H* 6 ſcena *A* ſ·ena *B* ſcęna *Heinsianus* 7 adducıt·ad uero anmıſ *ras et corr mutata in* abducıt*a*uero; anımıſ *A* abducıt* ad uero ⁊anmıſ *B* abducıt·At uo amıſ *H*; *recepi cum Ascensiana et R. Stephano primitiuam scripturam quae Halmium fefellit, uulgatur inde a Victorio correcta,* [*et sic sane Cicero de fin.* 3, 21, 72 a uero abduci fallique, *Seneca epist.* 14, 2, 20 magnos uiros dulcedo orationis abducit a uero; *sed et solum* abducit *satisfacere uidetur:* multitudinis consensus non abducit sensus, *ab eo uidelicet quod percipiunt; conf. or.* 15, 49 occultabit quae dilui non poterunt atque omnino opprimet si licebit, aut abducet animos, aut aliud afferet; *et particulae* at uero *peraptae huic oppositioni, ut in simili oratione p.* 41, 7 8 ınſidıe *corr* ę *B* uel*abuſ (l *eras*) *AB* uł labuſ *H* enumeraui qui *deteriores* enumerouıdequı (o *ambiguum*) *A* enumero·uNdąe quı (N *ex* ı *corr*) *B* ęnumero uıde quı *H*; *praue diremptis syllabis* enumera ui *abiit in* enumero uide. 9 quọm *B* quom**** *A* q̃m *Heinsianus* inficiunt et flectunt *olim correctum* ınfıcıunt efflectunt *ABH* 10 uolunt *A* ea| (a *e corr*) *H* qua *A* pọenıt' *B* pęnıtuſ *H* 11 ımplıcata *BH* ınſedet *corr* ſı *A* 12 quọıuſ *B* quoıuſ (ıuſ *in rasura*) *A* cuıuſ *H* plandıenſ (c *corr in* t) *B* corruptı (ı *corr in* a) *B* corrupta *A sed uidetur in hoc quoque* a *corr ex* ı; corruptı *H*

quae natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie carent, non cernunt satis.

Sequitur, ut conclusa mihi iam haec sit omnis ora- 18
tio, id quod ante oculos ex iis est, quae dicta sunt, 48
et ius et omne honestum sua sponte esse expetendum; etenim omnes uiri boni ipsam aequitatem et ius ipsum amant, nec est uiri boni errare et diligere quod per se non sit diligendum: per se igitur ius est expetendum et colendum; quod si ius, etiam iustitia; sin ea, reliquae quoque uirtutes per se colendae sunt. quid libe-

---

1 que *corr* quę *A* haec ſcabıae carenт non cernunтur *corr in* hac& ſcabıae· non carenт*** cernunтur *A* haec & ſabıe carenт ñ cernunt̃ *corr in* hac & ſabıe ñ carenт*cernunt̃ *B* hac & ſcabıe car& non cernunt̃ *H* 2 cernunt *Dauisius* *De* dulcedine *dixit Hauptius Opp.* 3, 314: *addo de fin.* 3, 1, 1 pluris esse contendat dulcedinem corporis ex eaue natam laetitiam quam grauitatem animi, *ubi* et titillantem *quod in bonis libris ante* ex *adiicitur ex illa significatione ortum uidetur; Senecam ad Heluiam p.* 257, 27 *K.* pretiosos cibos non eximius sapor aut aliqua faucium dulcedo sed raritas et difficultas parandi facit. 4 ex ıſ *A* exiſ *B* exhıſ *H* que *H* 5 & ıuſ & (ıuſ *in rasura*) *B* eт*juſ *A* (j *e corr*); & Iuſ & *H* experтendum (r *erasa*) *B* expe*тendum *A* expeтendum *H* 6 omnıſ *corr* neſ *AB* om̃ſ *H* uırı (uı *in ras, uidetur* ıu *fuisse*) *H* equıтaтē *B* 7 errore *corr* errare *AB* errare *H* 9 ſıuſ *B* ſı ıuſ *A* ſı Iuſ *H* ıuſтıcıa *AB* ıuſтıтıa (тı *in comp quo solet* тı *significari*) *H* si ea *Turnebus* sin ea *Dauisius* ſıт ın ea *H*, *corr* ſıc ın ea *B* ſıc ın ea *sed* ſıc *in rasura A: corruptelae ratio eadem qua p.* 7, 8 *pro* quı *scriptum est* queuı. *de* sin *quod etiam progredienti, non aduersanti, orationi inseruit confer de nat. deor.* 3, 20, 52 si est Ceres a gerendo . . terra ipsa dea est . . sin terra, mare etiam. *de diu.* 2, 7, 18 si enim scit, certe illud eueniet, sin certe eueniet, nulla fortuna est; *alia; de* ea *uide de nat. deor.* 3, 39, 93 non curat singulos homines: ne ciuitates quidem. si non eas, ne nationes quidem. [*quo infelicius* si iustitia *Halmius et Baiterus, qui Dauisii coniecturam, quam restitui quamque post me probarunt omnes, ne commemoratione quidem dignam duxerunt*] 10 colenda (a *corr ex* e *ut uidetur*) *B* colende *H* *Lactantius Inst. diu.* 6, 11, 14 ipse pluribus locis clamas,

ralitas gratuitane est an mercennaria? si sine praemio benignus est, gratuita; si cum mercede, conducta. nec est dubium quin is, qui liberalis benignusue dicitur, officium, non fructum sequatur; ergo item iustitia nihil expetit praemii, nihil pretii: per se igitur expetitur. eademque omnium uirtutum causa atque sententia est.
49 atque etiam si emolumentis, non suapte *ui* uirtus expetitur, una erit uirtus, quae malitia rectissime dicetur; ut enim quisque maxume ad suum commodum refert quaecumque agit, ita minime est uir bonus,

---

mercenariam non esse uirtutem, faterisque in libris legum tuarum liberalitatem gratuitam esse his uerbis 'nec est dubium quin is, qui liberalis benignusque dicitur, officium non fructum sequatur.' *Cf. etiam proxima apud Lactantium* 1 ſı*ſıne (ı *alterum in ras corr*) *H* premıo *H* 2 benignus est *scilicet* is qui liberalis est, *ut nec* benigna *nec* si qui benignus *nec* benigni sumus *restituendum sit;* [*sed pergunt improbare et mutare in hoc exemplo quod toties legunt sine offensione, uelut Tusc.* 4, 8,17 est aemulatio aegritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat; *ibid.* 2, 7, 18] *et uide infra p.* 55, 2 infamiaene metu non esse petulantis. quom *A* q̄ṃ (cum *supra*) *B* cum *H* 3 quın*ıſ *H* 4 fructuū *corr* tū* *A* fructụū *B* fructum *H* item *deteriores* ıdem *AB* eadem *H* ıuſtıcıa *AB; in Heinsiano ut p.* 52, 9 *et saepe* 5 expetit *deteriores* exprımıt *ABH* p̄mıl* (*uidetur* p̄mıhı *fuisse*) *A* p̄cıı *AB* prẹtıı *sed cum compendio H* 6 uırtutū *corr* uırtutū** *B* 6 *et* 7 adq; (t *supra*) *B* 7 emunumentıſ *corr* ẹmoṇumentıſ (l *supra*) *B* *emo*lumentıſ (l *e corr*, *uidetur* aemonumentıſ *fuisse*) *A* emolumentıſ *H* ſuapte *A* ſuabte *corr* ſuapte *B* ſ*ſp̄ote *rasura corr ex* ſuapte *H* ui suapte *ed. Paris.* 1538, *quod rectius* suapte ui *scribi Moserus adnotat,* [*et* sua ui *saepius;* suapte ui et natura *de fato* 19, 43; sua sponte, *quod Halmio et Baitero placuit, scriptura librorum non adiuuatur*] expetitur *deteriores* expendıtur *ABH* 8 erit] ēē *H* uırtuſq; *B* malıcıaẹ *B* malıcıa (c *corr in* t) *A* uırtuſ atq; malıtıa (tı *in comp*) *H*, *qui hanc orationem prodit* una esse uirtus atque malitia r. dicetur *temerariam et ineptam* 9 maxu (me *supra*) *A* maxu (me *supra*) (*uidetur* maxū *fuisse*) *B* maxıme *H* quo·modū (c, m *supra*) *B* 10 refer*t (a *erasa*) *A* aıt (g *supra*) *B* mıhı me *AB* mınıme *praeter* me *in ras corr H*, *fuit ergo in hoc quoque* mıhı me, *unde nihil efficiendum cum Hal-*

ut qui uirtutem praemio metiuntur, nullam uirtutem nisi malitiam putent: ubi enim beneficus, si nemo alterius causa benigne facit? ubi gratus, si non eum ipsi cernunt grati, quoi referunt gratiam? ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? qui etiam deserendus et abiciendus est desperatis emolumentis et fructibus: quo quid potest dici immanius? quod si amicitia per se colenda est, societas quoque hominum et aequalitas et iustitia per se expetenda: quod ni ita est, omnino iustitia nulla est; id enim iniustissimum ipsum est, iustitiae mercedem quaerere. quid uero de modestia, quid de temperantia, quid 19 50

---

mio *Lactantius Inst. diu.* 6, 12, 10 idem (Cicero) quippe ait, ut quisque maxime ad suum commodum referat, quaecumque agit, ita minime esse uirum bonum. 1 ᵘatqueⁱ *A* me ciunt̃ (c *corr in* t) *B* mẽtiuntur (˜ *e corr ut uid,* ti *in comp*) *H* uirtutũ *A* 2 maliciã *B* 3 ubi — 4 grati *in loco raso A* 3 ipsum *deteriores et hoc sane sententiae ratio poscere uidetur, ac de fin.* 5, 11, 30 ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipsum, qui sese diligat *simili errore* ipse *est in bono libro;* [*tamen hoc incommodum orationis post ea quae in ind. lect.* 1880 *p.* 10 *et in nuntiis acad.* 1881 *p.* 344 *scripsi tollere dubito*] 4 quᶜọi *B* quoi refer̃ gratiam *supra uersum posita manu altera sed antiqua A* qui reſ ferunt gr̃a *H* 5 *Seruius in Verg. Aen.* 9, 276 pectore toto: omni affectu. et est de prouerbio. Cicero de legibus: 'nisi toto pectore amatur, ut dicitur.' cum enim dicit 'ut dicitur' ostendit prouerbiale. *Confer Tusc. disp.* 2, 24, 58 toto pectore, ut dicitur, cogitare. 6 & iam *corr* etiam *H* & *in rasura corr B* abiciendus (ci *in rasura corr*) *B* & *B* & *rasura mutatum in* ẽ *A* eſt *H* 7 emolumentiſ *AB* emolumentiſ *H* qd̃qui *corr in* q*quid *AB* quo quid *H* 8 inmaniuſ? Quod|ſi (uſ *et* Quod *ras corr, etiam super* mani *rasura*) *H* per se *om H* 9 equalitaſ *H* per se est *Lambinus* expetendast *Maduigius Opp.* 1, 184, *qui tum de codicum memoria fallebatur* 10 iuſticia *A* 11 iniuſtiſſimĩ *B* iniuſtiſſimũ (ũ *corr ex* i *ut uidetur*) *A* iniuſtiſſimi *H* querere *H, corr* quę *B* 12 modeſtia *Heinsianus* moleſtia *AB* quidde *B bis*, *A ter*,

de continentia, quid de uerecundia, pudore pudicitiaque dicemus? 'infamiaene metu non esse petulantis an legum et iudiciorum? innocentes ergo et uerecundi sunt, ut bene audiant, et ut rumorem bonum colligant, erubescunt, pudet etiam loqui de pudicitia: at me istorum philosophorum pudet, qui nullum iudicium uitare nisi
51 uitio ipso notatum putant. quid enim? possumus eos,

---

quid de *Heinsianus semper* 1 pudıτιτıaq; *A* pudıτıaq; *B* pudıcıτıaq; *H* 2 |*** dıcemuſ *A* (*puto* que *erasum esse*) ınfamıene *corr* ęne *B* ē *corr in* ēē *A* p&ulanτıſ *corr* eſ *A* peτulanτeſ *H* puτalanτıſ *corr* peτalanτeſ (*sic*) *B* 3 ıudıτıorum (τ *corr in* c) *B* uerecundı*ſunτ (ſ *erasum*) *B* 4 uτ (τ *in ras corr*) *H* uτru* morem (m *erasum*) *B* erubeſunτ *A* 5 pudı, &ıam *corr in* pud& &ıam *AB* pudıτıτıa *A* at *A. W. Zumptius* ac *AB* erubeſcanτ ınpudıca loquı · Ac me ıſτorū *H*; [*quam temerariam interpolationem nuperi Heinsiani laudatores foueant cum Halmio; ceterum Heydenreichius* (*in Ritschelii Act.* 2 *p.* 486) *cum* pudet *omisso haec* erubescunt etiam loqui de p. *coniungi uoluit, uereor ne acumen quod est in repetito* pudet *extinxerit; neque* etiam *h. e.* '*auch nur*' (laudetur aut etiam appelletur; intelligere aut etiam suspicari; quod etiam monrce superuacaneum) *recte uituperari concesserim*] mysτorum *AB sed in A uidetur* y *corr ex* ı 6 phılofoforum (pud& *m pr superscr*) *H* quı *H, corr in* que *AB* nullum *H* ullum *A* ıllum *B* ıudıτıum *A* 7 uıcıo *A* no|τατum *Heinsianus* nuτατum *corr* muτ *B* muτατū *A* [*Obtineo eam sententiam quam olim paulo aliter expresseram, sic* qui (neminem) ullum iudicium multare nisi uitio ipso notatum putant: *sed idem assequi licet illa quam nunc posui scriptura quae tota Heinsiani est, in quo libro leues archetypi errores* ullum *et* nutatum *recte sublati sunt: hoc enim dogma philosophorum est quod Cicero impugnat:* nullum iudicium uitat nisi qui uitio ipso notatus est, *siue ad exemplum referas quo statim utitur*, nullam infamiam timet nisi qui stupro ipso commaculatus est. *sic enim demum oratio recte progreditur:* quid? poterit is reprehensionem nostram euitare, qui stupro ipso non pollutus ab eo arcetur non ob rei turpitudinem sed infamiae metu? *Verbum* uitare *de conatu dicitur* (*conf. Maduigium de fin. p.* 637) *uelut de inuent.* 2, 38, 113 num, quod supplicium aliquod uitet, eo praemium postulet, uti de se praeiudicium factum esse uideatur; *et* iudicii *uim declarat or.* 3, 13 nec paucorum iudicium reprehensionemque pertimuit; *denique* uitio ipso notatus *appellatur ut de*

qui a stupro arcentur infamiae metu, pudicos dicere, quom ipsa infamia propter rei turpitudinem consequatur? nam quid aut laudari rite aut uituperari potest, si ab eius natura recesseris, quod aut laudandum aut uituperandum putes? an corporis prauitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit, cuius turpitudo ex ipsis uitiis facillime percipi potest. quid enim foedius auaritia, quid inmanius libidine, quid contemptius timiditate, quid abiectius tarditate et stultitia dici potest? quid ergo? eos, qui singulis uitiis excellunt aut etiam pluribus, propter damna aut detrimenta aut cruciatus aliquos miseros esse dicimus an propter uim turpitudinemque uitiorum? quod item ad contrariam laudem in uirtutem

---

domo 9, 23 omnium scelerum libidinumque maculis notatissimo.
1 quı ſτupro *B* quı* ſτupro (a *erasum*) *A* quıa ſτupro *H* arg^{v}enτur *AB* arcenτ̃ *Heinsianus* ınfamıac (a *priore corr*) *A* p^{v}ıdıcoſ *A* 2 q^{c}uom *B* cum *AH* ıpſā ınfamıam *H* turpitudinem *deteriores* forτıτudınē *AB* formıdınem *Heinsianus, quod qui scripsit intelligitur qua specie inductus scripserit; sed confer de nat. deor.* 1, 1 (*p.* 370, 8) fortius *pro* turpius *in BE; de off.* 1, 35, 126 aspectum deformem atque formam *libri, h. e.* turpem *quod olim uulgabatur, non* foedum *quod nunc editur* 3 quı ıd *H* 4 ab eius natura *deteriores* ab eo naτura *ABH* (*Halmius errauit*) receſſerıſ *corr* receſſerıτ *AB* receſſerıτ *H* qđ ad *B* qđ auτ *in rasura A* quod auτ *H* laudā dū *corr in* laudāndū *B* 5 uıτuperandū (dū *in rasura*) *A* 6 pınſigneſ *lineola inductum H* offenſıoneſ *corr* ıſ *AB* offenſıonıſ *H* ^{de}formıταſ *AB* deformıταſ *H* 7 τurpeτudo *ut uidetur A* ıpſıſ *ABH* (*Halmius errauit*) uıcıſ *B* 8 perspici *deteriores, Maduigius Opp.* 2, 279 fedı' auarıτıa (fedı' a *in ras corr;* τı *in comp*) *H* auarıcıa *B* 9 ımmanıuſ *H* conceρτıuſ *corr in* conτe^{m}ρτıuſ *B* τemıdıτατe *corr* τım *A* 11 ſı^{n}gulıſ *A* ſıngulıſ uıcıſ (ıſ *pr in ras corr, super* uıcıſ *quod sic distincte scriptum est rasura*) *H* 12 dampna (p *e corr*) *A* deτremenτa *corr* τrı *A* cr^{v}ıcıaτıbuſ *B* a^{li}quoſ *B* a^{li}quo^{ſ} *A* alıquoſ *H* 14 quod (d *e corr*) *B* idem *Bakius* conτrarıū *A* conτrarıā *corr ex* ū *B* conτrarıam *H* laudē* *A* uırτuτe* *A* uırτuτē (*fuit* uırτuτem) *B* uırτuτe *H*

52 dici potest. postremo, si propter alias res uirtus expetitur, melius esse aliquid quam uirtutem necesse est: pecuniamne igitur an honores an formam an ualitudinem? quae et, quom adsunt, perparua sunt, et, quam diu adfutura sint, certum sciri nullo modo potest; an, id quod turpissimum dictu est, uoluptatem? at in ea quidem spernenda et repudianda uirtus uel maxime cernitur.

Sed uidetisne quanta series rerum sententiarumque sit atque ut ex alio alia nectantur? quin labebar longius, nisi me retinuissem.

20 QVINTVS. Quo tandem? lubenter enim, frater, quod istam orationem, tecum prolaberer.

MARCVS. Ad finem [tecum] bonorum, quo referuntur et quoius apiscendi causa sunt facienda omnia, con-

---

1 potē | Poſtremo *Heinsianus* po|teſt remo (Nam *supra*) *B* poteſt nā *in rasura A; apparet qua ratione* poſtremo *curtatum sit* 3 ualitudinē* *A* 4 cōm *B* cum *A* quo* aſſunt *Heinsianus* (*sic*) ſint *AB* ſint *H* quodiu *corr* quādiu *A* 5 adfutura ī (*i. e.* ſunt) *AB* affutura ſunt *H* sint *deteriores* certum *BH* certę *A*, *quem Halmius sequitur, sed conf. ad fam.* 9, 9, 1 certum scio iam conualuisse eam, *et saepe similiter* 6 dicto *AB* dictum *H* ad *AB* at *H* 7 repudienda *A* 9 ſeduideturne *B* Sed uidetur ne *H* ***uideti*ſ*ne (ſ *corr*) *A; apertum est eandem hunc ab initio scripturam tenuisse quae in B et H agnoscitur* ſeriaſ *B* ſententiarumq;|ſit atq; *H* ſententiarūqſit·atq; (t·at *in rasura, uidetur* ſi itaq; *fuisse*) *B* ſententiarūq· ſit atq· (q·ſit atq· *in rasura*) *A*, *in cuius margine ad hunc uersum manu antiqua scriptum est* itaq. 10 alio *corr* aliſ *B* labebar *corr ex* lauabar *ut uidetur B* 12 libenter *AH* quodiſta*oratione (cum *supra*) (*fuit* quodiſtam orationē) *AB* quod iſtam orationem *H; conf.* 2, 12, 29 13 prolaberer *editiones* ꝓlaber *H*, *in rasura A* ꝓlaber *B* 14 ad finē tecū *B* ad finem tecum *H* ad finem **** *A; a* finem *propter eundem exitum ad* orationem *aberrauit librarius* 15 et quoius apiscendi causa *R. Stephanus* & quominuſ aſcindi cauſa (cuiuſ *supra*) (*sic*) *B* & quo minuſ aſcindi cauſa *H* et quo**iuſ ****** cauſa *A* controuerſam *Heinsianus* controuerſiā (itū *supra*) *A*

trouersam rem et plenam dissensionis inter doctissimos, sed aliquando iam iudicandam.

Atticvs. Qui istuc fieri potest L. Gellio mortuo? 53

Marcvs. Quid tandem id ad rem?

Atticvs. Quia me Athenis audire ex Phaedro meo memini Gellium, familiarem tuum, quom pro consule ex praetura in Graeciam uenisset *esset*que Athenis, philosophos, qui tum erant, in locum unum conuocasse ipsisque magno opere auctorem fuisse, ut aliquando controuersiarum aliquem facerent modum: quod si essent eo animo, ut nollent aetatem in litibus conterere, posse rem conuenire, et simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliquid conuenire.

Marcvs. Ioculare istuc quidem, Pomponi, et a mul-

---

1 plenā (e *in rasura; fuitne* ae?) *A* dıſſenſıoneſ *corr* nıſ *A* dıſenſıonıſ *H* conтrouerſıa m (ru *superscr.*) rem & plenam dıſſenſıonęſ *B* 2 ıam *A* ṭam *B* тamen *H* ıudıcandum *H*; diiudicandam *maluit Halmius, sed cf. Tusc. disp.* 5, 41, 120 quorum controuersiam solebat tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades; *ad fam.* 8, 14, 4 discordias quas ferrum et uis iudicabit, *ubi item* diiudicabit *nonnulli* 3 quı* *A* *gellı (L *superscr.*) *B* L*gelli *A* Agellıo *Heinsianus* morтuo (orт *in rasura*) *A* 4 quı (d *superscr.*) *AB* quı *H* ıd *superscriptum A* 5 quia me *deteriores, Muellerus* quam *ABH* quoniam *R. Stephanus* aṇтhenıſ (e *corr ex* o) *A* phedro *BH* phe|dro (he *in rasura*) *A* 6 quom *A* quō *H* quom (c *superscr.*) *B* cunſule *corr* con *A* 7 preтura *B* grecıam *ABH* uenisset essetque *scripsi* (*ann. gymn. Austr. a.* 1868 *p.* 104) uenıſſeт quę (& *superscr.*) *A* uenıſſ&q; & (& *alterum a corr add*) *B* uenıſſ&q; *H* aтheɴıſ (ɴ *e corr*) *A* phılofophıſ *corr* oſ *B* 8 тum (т *in rasura*) *H* conuocaſſe ıp|ſe ıſq; *corr* ıp|ſe ııſq; *B* conuocaſſe ıpſe· ıſq; *H* ēuocaſſe ıpſe ıſ que *praeter* que *in rasura A* ipsisque *deteriores* 9 magnopere *B* auтorem (c *superscr.*) *A* *uт (a *erasum*) *A* 10 |alıquem (a *initio uersus a corr add*) *B* 11 eo anımō *B* nolenт *AB* nollenт *H* conтer*ere *B* conтerere (r *prius corr*) *A* conтerere *H* 12 rē *in rasura A* conconuenıre *A* ıllı (ſ *superscr.*) *B* 13 aliquid *deteriores* alıquod *AH* alıqd *B* 14 & *in rasura A* pō|penıae тam ulтıſ *corr* pō|ponı**eтam ulтıſ *B*

tis saepe derisum: sed ego plane uellem me arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem datum.

Atticvs. Quo tandem istuc modo?

Marcvs. Quia de re una solum dissident, de ceteris mirifice congruunt.

Atticvs. Ain tandem? unane est solum dissensio?

54 Marcvs. Quae quidem ad rem pertineat, una: quippe quom antiqui omne, quod secundum naturam esset, quo iuuaremur in uita, bonum esse decreuerint, hic nisi quod honestum esset *nihil esse* putarit bonum.

---

1 ſepe *corr* ſępe *B* dırıſū *corr* de *A* uellem *in rasura A* uellem (lem *in rasura*) *B* uellē *H* arbrıtum *A* 2 academıam *A* academıam (a *primum in rasura*) *H* 4 qua *A* una *B* una** *A* una *H* dıſſıden *B* dıſſıdeN (N *e corr*) *A* dıſdenт *H* cęterıſ *H* 6 aınтendem neuna·ne eſ·ſolū dıſſenſıo *B* aın тandem nę una ne eſт ſolum dıſſenſıo *Heinsianus* Tanтūne una de re eſт ſolū dıſ *praeter* ſenſıo *quippe superscriptum in rasura A, in quo ne hic quidem dubium est quid scriptum fuerit ante rasuram* 7 pertıneaт *Heinsianus* pertıneaтur *A* ptıneaт *B* 8 quōm *B* cō *A* cum *H* omne *Bakius* (*coll. de fin.* 3, 11, 36 *et* 1, 11, 37) omſ *ABH* [esset (et) quo *cum Halmio Baiterus, sed in hac membrorum aequabilitate particula opus non erat; cf. Tusc.* 1, 35, 85 sit igitur aliquis qui nihil mali habeat, nullum a fortuna uulnus acceperit; *ibid.* 5, 21, 62 ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret, ciuibus libertatem et iura redderet.] 9 ıuuaremur (ıu *in rasura*) *A* ınuıтam *H* bonū — 10 puтarıт *in textu omissa eadem manu in inferiore margine posita B* bonum eſſ& *corr* eſſe *A* 10 nihil esse *addidi* nihil putarit *Turnebus idemque Lambinus;* [*alii* nihil nisi, *quod nunc plerisque placet; sed quod a me positum est adhuc mihi persuadeo tam facilitate erroris* (*cf. p.* 60, 15) *quam uenusta aequabilitate orationis praestare, idque multis exemplis* (nisi quod honestum est, nullum est aliud bonum *de fin.* 5, 27, 79; nisi honestum quod sit, nihil aliud sit bonum *Tusc.* 5, 7, 18; oratorem nisi qui sapiens esset, esse neminem *de or.* 1, 18, 83; nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem *Parad.* 5, 35) *confirmatur*] puтarı *A*

Atticvs. Paruam uero controuersiam dicis, at non eam, quae dirimat omnia.

Marcvs. Probe quidem sentires, si re ac non uerbis dissiderent.

Atticvs. Ergo adsentiris Antiocho familiari meo, **21**
magistro enim non audeo dicere, quocum uixi et qui me ex nostris paene conuellit hortulis deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

Marcvs. Vir iste fuit ille *quidem* prudens et acutus et in suo genere perfectus mihique, ut scis, familiaris, quoi tamen ego adsentiar in omnibus necne mox uidero: hoc dico, controuersiam totam istam posse sedari.

Atticvs. Qui istuc tandem uides? 55

Marcvs. Quia, si, ut Chius Aristo dixit solum bonum esse quod honestum esset, malumque quod turpe, ceteras res omnis plane paris ac ne minimum quidem utrum adessent an abessent interesse, ualde a Xeno-

---

1 paruam *Heinsianus* parum *AB* contrauerſiã *B* dıcıſ ſat non *AB* dıcıſ·at noſ *Heinsianus* 2 que *B* dırımat *Heinsianus* derımat *B* derımat (rımat *in rasura*) *A* 3 sentires *unus Dresdensis* ſentıſ [rent] *A* ſentı [rent] *B* ſentıſ *H* re ac non| *in rasura A* 4 deſiderent [ıſ] *B* deſidereN̄* (de *corr in* dı, reN̄ *in rasura*) *A* dıſſiderent *H* 5 anſentırıſ (*corr* adſ) *A* anſentırıſ [ſ] *B* aſſen|tırıſ *H* famılıare *corr* rı *B* 6 non|non audeo *B* quoquom [cum] *A* quoquom [c] *B* *uo [q] cum (*fuit* quo) *H* quı me|ex noſtrıſ (me *in fine uersus a corr add*, ex no *in rasura*) *A* 7 poene *A* pene *B* pęne *H* conuellet *corr* ıt *AB* conuellıt *H* ortulıſ *B* ortulıſ [h] *A* hortulıſ *H* 8 *academıã *B* 9 fuıt|ılle *Heinsianus* futıle *AB* quıdem *deteriores, om ABH* acutuſ *sed* utuſ *in rasura B* acutuſ & prudenſ *H* 11 quo [ı] *A* quo [cuı] *B* cuı *H* aſſentıar *H* 12 poſſe·darı [ſe] *B* 13 qui istuc *deteriores* quın ıſtuc *ABH* tandẽ* *A* 15 esse quod honestum *om H* ẽ& *Heinsianus* eſſe *AB* 16 cęteraſ *H* omnıſ *corr* eſ *A* om̃ſ *BH* parıſ *corr* pareſ *AB* pareſ *H* ne nımıum *AB* ne nımıum *corr* ne mnı*um [m] (*sic*) *H* 17 a*xenocrate (e *uel* c *erasum*) *AB* acxenocrate *H; fuitne* exenocrate? *quem ad modum* exerſeſ *est p.* 103, 8

crate et Aristotele et ab illa Platonis familia discreparet essetque inter eos de re maxima et de omni uiuendi ratione dissensio: nunc uero, quom decus, quod antiqui summum bonum esse dixerant, hic solum bonum dicat, itemque dedecus illi summum malum, hic solum, diuitias, ualetudinem, pulchritudinem commodas res appellet, non bonas, paupertatem, debilitatem, dolorem incommodas, non malas, sentit idem quod Xenocrates, quod Aristoteles, loquitur alio modo. ex hac autem non rerum sed uerborum discordia controuersia est nata de finibus; in qua, quoniam usus capionem duodecim tabulae intra quinque pedes esse noluerunt, depasci ueterem possessionem Academiae ab hoc acuto homine non sinemus, nec Mamilia lege singuli, sed e XII tres arbitri finis regemus.

56 QVINTVS. Quamnam igitur sententiam dicimus?

MARCVS. Requiri placere terminos, quos Socrates pegerit, iisque parere.

---

1 ılla *Heinsianus* ıllo *AB* 2 e&q *B* e&q *in rasura A* eſſ& *H* et esset *Halmius et Baiterus* 3 quod (qđ) decuſ *AB* cum decuſ *Heinsianus* 4 antıquı (antı *in rasura*) *H* 5 quod illi *deteriores, Turnebus* 6 ualetudını *corr* nē *B* plchrıtudınē *A* pulcrıtudınem (pulcrı *in rasura*) *H* commodareſ *B* (*de A errat Halmius*) 7 apell& *H* 8 ma*laſ *A* (*fuit* mallaſ) 9 arıſtoleſ *A* alımodo *A* 11 ē nata defınıbuſ *in rasura A* uſuſ (*non* uſu) cap. *ABH; confer Schoellium Legis XII Tab. rel. p.* 103 capıonem *B* capıonem *H* capıonc***|duo decım *sed* duo *initio uersus a corr add A* 12 tabule *corr* ę *B* intra *R. Stephanus* ınter (ınt) *ABH* noluerunt *Alciatus, R. Stephanus* uoluerınt *AH* uoluer*ınt (*fuit* uoluerunt) *B* 14 ſıngulıſ ſed ex ıſ (hıſ *Heins.*) reſ *ABH* singuli sed ex iis tres *Victorius* singuli sed e XII tres *Aemarus Ranconetus* 16 quānā ıgıtur ſententıā *A* quā nā ıgıtur ſentencıā *B* quamnam ıgıtur ſententıā *H* dicemus *ex uno codice Goerenzius* 17 *equırı (r *erasum,* e *obscurum*) *A* ſocrateſ *H* ſocratıſ *B* ſocratıſ (*fuit* ſecratıſ) *A* 18 pepıgerıt *H* parare *A*

Qvintvs. Praeclare, frater, iam nunc a te uerba usurpantur ciuilis iuris et legum, quo de genere expecto disputationem tuam; nam ista quidem magna diiudicatio est, ut ex te ipso saepe cognoui. sed certe ita res se habet, ut ex natura uiuere summum bonum sit, id est, uita modica et apta uirtute perfrui, aut naturam sequi et eius quasi lege uiuere, id est, nihil, quantum in ipso sit, praetermittere quo minus ea, quae natura postulet, consequatur, quod inter haec uelit uirtute tamquam lege uiuere. quapropter hoc diiudicari nescio an numquam, sed hoc sermone certe non potest, si quidem id, quod suscepimus, perfecturi sumus.

Atticvs. At ego huc declinabam nec inuitus. 22 57

Qvintvs. Licebit alias: nunc id agamus, quod coe-

---

1 Predare *H* 2 qđ e *corr* qde *B* 3 ıſτa* quıdem magna* (m *erasum utrobique*) *A* ıſτā quıdem magnā *B* ıſτa quıdem magna *H* 4 dııudıcaτıo|τ.o (τıo *in fine uersus a corr add*) *A* ſepe *AH* cognouı* (*fuit* cognouıτ) *A* sed certe — 10 uiuere *qui delerunt, ut post alios Halmius et Baiterus, ii hiulcam ex plana effecerunt orationem, quando quidem* ista quidem *desiderat membrum oppositum* sed certe, *et haec* quapropter hoc diiudicari *non possunt nullo interuallo adiungi illis* ista quidem magna diiudicatio est. *ceterum in uerbis ipsis et sententiis paene nihil est quod non possit ipso Cicerone teste confirmari* 5 ſe** (*fuit* ſeſe) *A* habet *Ernestus* habenτ *ABH* uıuer& *corr* re *B* 6 apta *editiones* apτa *AH* aperτa *B* apta e uirtute *A. W. Zumptius* pfruı*auτ (fruı*a *in rasura*) *A* 7 naτura (*corr* rā) ſequıτ eī quaſı uτ eıuſ quaſı lege *B* naτurā ſequı * eıuſq*********qua lege *A* naτuram ſequı exeȷſ (*corr* ex eȷſ *h. e.* et eius) quaſı lege *Heinsianus* 8 quā τū (*fuit* quā) *B* eaq; *corr* eaq̄; *B* ea que *H* 9 ıτer *A* ıτ̄ *h. e.* iter *H* hoc *AH* hoc *corr* hæc *B* uırτuτē *A* 10 quapp̄τ *Heinsianus* quap *AB* dııudıcare *H* 11 nūquā *B* ānumquā (ānum *in rasura*) *A* (*sic*) an|umquam *H* an numquam *deteriores nonnulli* |ſ& *corr in* ſed *A* 12 ȷd *e corr A* 13 ad *AB* aτ *H* uτ *B* (hoc *suprascr.*) 14 caepımuſ *A* cepım' *BH*

pimus, quom praesertim ad id nihil pertineat haec de summo malo bonoque dissensio.

Marcvs. Prudentissime, Quinte, dicis; nam quae a me adhuc dicta sunt * *

* *. te Lycurgi leges neque Solonis neque Charondae neque Zaleuci nec nostras duodecim tabulas nec plebiscita desidero, sed te existimo cum populis tum etiam singulis hodierno sermone leges uiuendi et disciplinam daturum.

58 Marcvs. Est huius uero disputationis, Quinte, pro-

---

1 nunc qđ praeſertım *B* |**** quod p̄ſertī** *A* non|quod p̃ſertım *Heinsianus* quum (*uel* cum) praesertim *editiones* ad u̇l (*sic*) *H* nj*hıl (*fuit* mıhıl) *A* deſūm *A* 3 nāq; *corr* nā,q̄; *B* namq, *H* 4 dıcata ſunt te lucurgı *A* dıcta ſunt telucurgı *B* dıcta ſunt· neq; lucurgı *H; retinui cum Turnebo primitiuam scripturam, cum editores fere correctam amplexi sint: sed illam licebat uel sic orationi accommodare* (neque uero ego a) te Lycurgi leges . . desidero (*cf. de fin.* 5, 5, 13 quae desideratur a magno philosopho; *de rep.* 3, 8, 12). [*ceterum apparet Marci orationem fine, initio autem Quinti truncatam esse, nec putaram me quemquam existimaturum, quia Quinti nomen in medio scilicet interstitio non posui, haec uni Marco adscribere*]. *supplementa mancae orationis, quae Turnebus eademque Lambinus habent, nihili sunt: uidetur autem Marcus dixisse* quae a me adhuc dicta sunt *parua pars est institutae disputationis, si quidem nobis sunt* (*ut ait* 1, 5, 17) considerandae leges, quibus ciuitates regi debeant, tum haec tractanda, quae conposita sunt et descripta iura et iussa populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt quae uocantur iura ciuilia; *cui Quintus obiicit se neque Lycurgi leges et reliqua sed aliud et grauius ab eo desiderare.* 5 cha|ronde *H* 6 Zaleuci *editiones* ſeleucı *ABH* doodecımtubalaſ *A* (*sic*) nr̃e duodecım tabulae *H* 7 plebıſcıta *A* plebıſ|ſcıta *H* desidero] dıſſer̃tur *H* (*super* rt *quod positum est obscurum, sed uidetur* dıſſeruntur *fuisse: certe ne hic quidem attendentem fugere potest quid Heinsiano interpolatori libuerit:* quae a me adhuc dicta sunt, neque Lycurgi leges . . nec nostrae duodecim tabulae . . disseruntur) ex*ıſtımo *A* ·nam (*sic*) *H* 8 & ıam *corr* etıam *H* legıſ *A* legıſ *corr* eſ *B* legeſ *H* 10 uere *corr* uero *A* quın*te *A* quıte

prium id, quod expectas, atque utinam esset etiam facultatis meae. sed profecto ita se res habet, ut, quoniam uitiorum emendatricem legem esse oportet commendatricemque uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur. ita fit ut mater omnium bonarum rerum sapientia, quoius amore Graeco uerbo philosophia nomen inuenit, qua nihil a dis inmortalibus uberius, nihil florentius, nihil praestabilius hominum uitae datum est. haec enim una nos cum ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmet ipsos nosceremus: cuius praecepti tanta uis et tanta sententia est, ut ea non homini quoipiam, sed Delphico deo tribueretur. nam 59
qui se ipse norit, primum aliquid se habere sentiet diuinum ingeniumque in se suum sicut simulacrum aliquod dicatum putabit, tantoque munere deorum semper

B quınтc *H* 1 etiam *om H* facultateſ *corr* iſ *B* 2 ſed *Heinsianus* ſı *AB* rē *A* re *corr* reſ *B* 3 commendatricemque] conmaтrıcēq; *B* cūmaтrıcemque *corr* cō *A* commanтrıcemq; (*sic*) *Heinsianus: scriptum fuit in communi fonte* comm̄daтrıcem 4 ıuuendı *H* 5 bonoꝶ *A* bonorū *corr* arū *B* bonaꝝ *H* sit sapientia *uulgatur et est haec consueta Ciceroni forma dicendi, sed fortasse quem ad modum est de fin.* 2, 27, 89 ita fit beatae uitae domina fortuna (*cf. Tusc.* 5, 28, 82; *de fin.* 4, 19, 55), *sic nunc uoluit* ita fit ut mater o. b. r. sapientia, *et* ut *positum est ut* sicut *p.* 65, 10 uoluptatem sicut labem aliquam dedecoris oppresserit (*p.* 64, 14); *de inu.* 2, 3, 8 ex his duabus diuersis sicuti familiis . quoıuſ *A*, *per rasuram mutatum in* cuıuſ *B* adcuıuſ *Heinsianus: conf. or.* 19, 62 Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. 6 greco *H* 7 adduſ *B* ımmorтalıb; *A* 8 preſтabılıuſ *B* p̄ſтabılıum *H* 9 uɴa (ɴa *in rasura*) *A* cum *corr* тum *H* quodeſт *sed* ſт *e corr H* 10 uт *superscriptum AH* noceremuſ *mutatum in* doceremuſ *AB* noſceremuſ *Heinsianus* 11 тanтı auт ſed *corr in* тanтa uıſ & *B* тanтa uıſ & *in rasura A* tanta uis et *om H* [*non* ea *sed* id, *scilicet* praeceptum, *expectaueris: sed confer ad* 2, 15, 38] 12 quopıā *A* quopıā *B* cuıpıam *H* dephıco *B* тrıbu**ereтur *A* 13 quı*|ſe ıpſo *A* 14 dıuınō *AB* 15 dedıcaтum *BH* puтauıт

dignum aliquid et faciet et sentiet, et, quom se ipse perspexerit totumque temptarit, intelleget, quem ad modum a natura subornatus in uitam uenerit quantaque instrumenta habeat ad optinendam adipiscendamque sapientiam, quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intellegentias animo ac mente conceperit, quibus inlustratis sapientia duce bonum uirum et ob eam
23 60 ipsam causam cernat se beatum fore. nam quom animus cognitis perceptisque uirtutibus a corporis obsequio indulgentiaque discesserit uoluptatemque sicut labem aliquam dedecoris oppresserit omnemque mortis dolorisque timorem effugerit societatemque caritatis coierit

corr bıτ *ABH* 1 alıqđ *B* & faτıeτ ſenτenτı& *A* & facı& ſenτı& *B* & facı&*ſenτı& *H* cū *B* cum *H* ȷpſe *A* 2 τanτumque *A* τempτar& *corr* rıτ *B* se ipse tentarit totumque perspexerit *Ernestus, quod perperam arripuit Baiterus: ut enim de or.* 2, 78, 318 tota causa pertemptata atque perspecta *legitur, sic contrario ordine ad Quintum fr.* 1, 4, 5 perspice rem et pertempta; *ac poterat nostro quoque loco scribi* perspexerit et pertemptarit, *sed idem est* totumque temptarit; *et perspiciendi uerbum saepius ita ponitur, ut ab accurate inspiciendo, explorando uix uideatur differre, uelut ad fam.* 9, 15, 5 tu uelim cum fabris eam (domum) perspicias 4 obτınendā *A* adıpıſcendamq; (ı *ante* ſ *in rasura*) *A* obtinendam adipiscendamque *Maduigius de fin.* 2, 22, 71 '*durissimam hysterologiam*' *dicit et mendi suspicionem mouet;* [*et certe praue iudicant qui interpretando uerba a ui sua detorquent*] 6 ıntellıgenτıaſ *A* concoeperıτ *B* 7 illustratis *Manutius* ınluſτraſ (τa *uel* τu *superscriptum*) *B* ınluſτraτuſ (τuſ *in rasura*) *A* ınluſτraτuſ *H* 8 [*de memorabili positu* se *pronominis uide ad* 3, 19, 43] beaτū* fore (f *e corr*) *A* quo *H, corr* quod *B* qđ* *A e corr* (*fuit* quo); quum *uel* cum *editiones* 9 adcor corıſ *corr* a corporıſ *B* a corporıſ (a corpo *in rasura*) *A* a corporıſ *H* 10 uolupτaτem quae *AB* uolupτaτemq; *H* 11 dedecorıſ | (rıſ *in rasura*) *H* obpreſſerıτ *A* omnē quae .. dolorıſ quae *B* 12 ſocı&aτē quae *B* [*Ex hoc enuntiato perspicuum fit Ciceronem cumulatam* que *particulam non ita refugere ut nonnulli putant*] coierit *Turnebus* coegerıτ *AB* (*sed* g *corr ex* c

cum suis omnisque natura coniunctos suos duxerit cultumque deorum et puram religionem susceperit et exacuerit illam ut oculorum sic ingenii aciem ad bona seligenda et reicienda contraria, quae uirtus ex prouidendo est appellata prudentia, quid eo dici aut cogitari poterit beatius? idemque quom caelum, terras, maria 61 rerumque omnium naturam perspexerit, eaque unde generata, quo recursura, quando, quo modo obitura, quid in iis mortale et caducum, quid diuinum aeternumque sit, uiderit ipsumque ea moderantem et regentem paene prenderit seseque non omnis circumdatum moenibus popularem alicuius definiti loci, set ciuem

---

in A) cōiecerit *H* 1 cū *corr ex* eū *A* eū *B* cum *H* omnesque *R. Stephanus* omnib; quae *B* omnibuſ qui (*corr* quę) *A* omibuſquę *H* naturā *AB* natura *H* con|iectoſ *A* 2 piram *A* purā *sed* u *corr ex* y *ut uidetur B* puram *H* 3 ingeniaciem (c *mutatum in* t) *B* ingenii* | aciem (*fuisse* ingenita | aciem *uidetur*) *A* ingeni*aciem *H* bona*elegenda* (*utrobique* ſ *deletum*) *B* bonaſ eligendaſ (ſ *utrumque deletum*) *A* bona eligen|da *H*, *uulgo*; bona seligenda *scripsi* (*Herm.* 12, 459) *coll. de fin.* 3, 9, 31 seligentem quae secundum naturam et quae contra naturam sint reiicientem 5 cogitare *corr* ri *B* 6 beaciuſ (c *mutatum in* t) *B* idemque *Heinsianus* eidemq; *AB* quom *B* cū *AH* 7 rerumq; omium naturam *Heinsianus* rerū omniūq; naturā* (q; *deletum*) *AB* 8 recursura *scripsi* recura *AB* recuraN *B corr*, recuraN *A corr*; recurant *H* quomobitura *B* obitura *in rasura H* 9 quit *corr* quid *B* in iſ *B* in iſ *Heinsianus* in hiſ *A* 11 poene *A* paenae *B* pene *H* omniſ *AB* hominiſ *H*; *fortasse* communibus; *cf. p.* 20, 5 *et supra u.* 1 12 popularē *Heinsianus* populare *AB* definiti loci | ſed *Heinsianus* definitio lociſ & *A* diffinitio lociſ & *B* popularem alicuius definiti *delet Danisius, quod cum Halmio probans Baiterus* non unius circumdati moenibus loci sed ciuem *scripsit: negaui olim recte interpolationem agnosci, nec dedoceor: nam nec probabilis est ista oratio sine nomine,* ciui *quod respondeat, et ne resectis quidem illis sine correctione exiit. de* definito loco *cf. de or.* 2, 2, 5 definitam aliquam regionem cuius terminis saepta teneatur; *de rep.* 6, 13, 13 certum

totius mundi quasi unius urbis agnouerit, in hac ille magnificentia rerum atque in hoc conspectu et cognitione naturae, dii inmortales, quam se ipse noscet, quod Apollo praecepit Pythius, quam contemnet, quam despiciet, quam pro nihilo putabit ea, quae uolgo dicuntur

24 62 amplissima. atque haec omnia quasi saepimento aliquo uallabit disserendi ratione, ueri et falsi iudicandi scientia et arte quadam intellegendi quid quamque rem sequatur et quid sit quoique contrarium. quomque se ad ciuilem societatem natum senserit, non solum illa subtili disputatione sibi utendum putabit sed etiam fusa latius perpetua oratione, qua regat populos, qua stabi-

---

esse in caelo definitum locum. *quam proposui scripturam* non communibus circumdatum moenibus popularem alicuius definiti loci, *in ea si quid est impediti, id ex eo nascitur uidelicet, quia haec de homine, non de hominibus, elata sunt: popularis enim non per se cogitatur nec nisi cum popularibus alicuius loci, iique sunt, non unus, communibus circumdati moenibus.* 1 τocıuſ (c *mutatum in* τ) *B* unuſ *corr* unıuſ *AB* unıuſ *H* urbıſ *corr ex* urƀ *A* urƀ *H* acnouerıτ *B* 2 cognıτıonē *A* 3 dıı ınmorτaleſ *B* dıımmınorτaleſ *A* dıı ımmorτaleſ *H* quam se *deteriores* quam ſı *ABH* noscet *deteriores* noſſ& *B* noſſ& (ſ& *in rasura*) *A* noſſeτ (τ *in rasura*) *H* 4 appollo *A* phıτıuſ *A* phyτhıuſ *B* pyτhı|uſ *H* conτempneτ *AH* deſpıτıeτ *A* 5 puτauıτ *corr* bıτ *ABH* eaque *A* eaq; *corr* eaq̄; *B* ea quę *H* uulgo *BH* 6 ſępe menτo *corr* ſępımenτo *B* 7 uallauıτ *corr* bıτ *ABH* ratione ueri *editiones* raτıoneſ u^{e}rı *B* raτıoneſ·ue*rı *A* raτıoneſ uerı *H* ıudıcandı ſcıenτıa *Heinsianus* ıudıcıūdeſcıenτıa* (ū *in rasura*, ſ *erasum*) *B* ıudıcıa$^{\bar{v}}$*deſcıenτıa (deſcıenτıa *in rasura*) *A* 8 arτe (rτ *e corr*) *A* quamquẹ rē (*fuit* quę) *A* quāque rem (que rem *in rasura*) *B* quamq; | querē *sed* que *deletum H* ſequaτur *Heinsianus* ſequanτur *AB* 9 quıd ſı^{τ} quo^{ı}que *A* quıd ſıτ**|cuıque (*sic, in fine uersus rasura in qua* τ *corr, cui initio alterius a corr add*) *B*, *uidetur* quıd ſı quo|que *fuisse ante rasuram*; quıd ſıτ quoq; *H* quomque *A* quōque *H* qu^{c}ọmq; *B* 11 puτauıτ *corr* bıτ *AB* puτabıτ *H* fuſa *in rasura A* 12 lacıuſ *B* lacıuſ (c *mutatum in* τ) *A* porp&ua *A*

liat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros uiros, qua praecepta salutis et laudis apte ad persuadendum edat suis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare a flagitio, consolari possit adflictos factaque et consulta fortium et sapientium cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere. quae quom tot res tantaeque sint, quae inesse in homine perspiciantur ab iis, qui se ipsi uelint nosse, earum parens est educatrixque sapientia.

ATTICVS. Laudata quidem a te grauiter et uere: 63
sed quorsus hoc pertinet?

MARCVS. Primum ad ea, Pomponi, de quibus acturi iam sumus, quae tanta esse uolumus; non enim erunt, nisi ea fuerint, unde illa manant, amplissima; deinde facio et lubenter et, ut spero, recte, quod eam, quoius studio teneor quaeque me eum, quicumque sum, effecit, non possum silentio praeterire.

---

1 qua*caſtıg& (*fuit* quaſ) *B* tue(a)tur *AB* tueatur *H* 2 laudeſ *H*, *corr* ıſ *AB* 3 aptae *B* aedat *B* cıuıcıb; *A* ortarı *B* (h)ortarı *A* hortarı *H* 4 reuocare *mutatum in* reuocarı *A* adflagıcıo (c *mutatum in* τ) *A* adflagıτıo *B* a flagıτıo *H* conſuları *corr* ſol *AB* conſoları *H* ad(f)flıctoſ *A* afflıctoſ *H* 5 facτa quae & con*ſul*τa (*uidetur* conſſulaτa *fuisse*) *B* facτaq; conſulτa *om* et *H* 6 ıgnomı(nı)a *A* que *corr* quae *A* 7 quom *A* qu(c)om *B* quo|ıntoτ (*extremum* τ *e corr*) *H* reſ τa(n)τaeque *A* reſ*τanτaeq; (τanτ *in rasura*) *B* τanτeq; *H* ſıne quae *corr* ſınτ *B* ſıNquę (Nquę *in rasura*) *A* ſınτ que *H* 8 hıſ *ABH* 9 educaτrıxqu*e (a *erasum*) *B* 10 τe *in rasura A* 11 ſeτ corſuſ (τ c *in ras corr*) *H* 14 erunτ *deteriores* ſunτ *BHA*, *sed in hoc* ſ *corr ex* r 15 uτ *om H* recτae (a *erasum*) *B* ſpero recτe (ero recτe *in rasura*) *A* 16 quouıſ (uı *in ras corr*) *H* me eum *deteriores* mecū *sed* cū *erasum B* me***|*A* mecum *H* 17 effecit *deteriores* effıcı(τ) *AB* effıcıτ *H* non] menı|*H* non ſponſum *A* praeτerıre·reuero *sed* re *ante* u *in rasura et* ro *mutatum in* ra *A* praeτerıre·reuero *corr* ra *B* prę τerıre uero *H*; *puto manifestum esse unde* re *ante* uero *ortum sit*,

ATTICVS. Vero facis et merito et pie, fuitque id, ut dicis, in hoc sermone faciundum.

---

quo non nulli ad emendanda uerba abusi sunt 1 et pie *scripsi* eτ ıpſe *ABH* fuıτ quae *B* fuıτ q̄; *sed corr* q; *A* fuıτq; *H* 2 faτıundum *A* facıendū *BH* M̄ TVLLI CI[ce]RONIS ∂E LEGIBUS LIB · I · EXPLIC INCIP · II · *A* M̄ TVLLI CICERONIS DE LE | GIBUS LIBER · I · EXP · DE LEGIB · II · *B* *sed* DE LEGIB · II · *rec.* · M · T · C · | de legıbuſ lıber · ı · explıcıτ · Incıpıτ · II · FEL · | *H*

LIBER SECVNDVS

ATTICVS. Sed uisne, quoniam et satis iam ambulatum est et tibi aliud dicendi initium sumendum est, 1 1
locum mutemus et in insula, quae est in Fibreno, nam, opinor, id illi alteri flumini nomen est, sermoni reliquo demus operam sedentes?

MARCVS. Sane quidem; nam illo loco libentissime soleo uti, siue quid mecum ipse cogito siue aut quid scribo aut lego.

ATTICVS. Equidem, qui nunc potissimum huc uene- 2

---

1 Sed τuıſne (τ *erasum*) *B* Sed*uıſne *A* Sed uıſ ne *H* 2 ubı *H*, *corr* τıbı *AB* dıcen*dȷ ınıcıum (ȷ *e corr*, *uidetur* dıcem de ınıcıum *fuisse*) *B* ſu*m̃dum (m *deletum*) *H* 3 & ın ınſula *B* fıbrıno *ABH*, *sed confer p.* 76, 8 nam *opınor (o *pr e corr*) *H*, *qua litura ne quis ad emendandum abutatur, fuit* oppınor, *hic et p.* 77, 7, *quem ad modum p.* 89, 5 *et* 104, 9 oppınıoneſ, *p.* 104, 2 oppınıo *scriptum est in eodem;* nā hr opınor (*h. e.* nam hoc) *Monacensis, Baiterus* 4 id illi *Dauisius* ıllı *BH* *ıllı (*fuit* & ıllı) *A* hoc illi *Lambinus, Halmius* id opinor illi *Manutius* *Confer* 2, 26, 64, *et de diuin.* 1, 5, 8 cum in Lyceum uenissemus, id enim superiori gymnasio nomen est; *in collocatione uerbi* opinor *ne quis haereat cf. Tusc.* 1, 39, 94 nam, reor, nullis · · uita posset esse iucundior alıτerı *B* ē ſe ſermonı *corr* eſſe ſermonı *B* eſſe *in rasura A* eſſe ſermonı* *H; apertum est et* est *esse primitiuam scripturam et quo errore* esse *natum sit* 6 ılle *H* 7 uτ *H* uτ *corr* uτı *B* uτı *in rasura A* ſıne quıd *corr* ſıue *B* cognıτo *H* auτ quıd *BH* alı*quıd *corr ex* auτ quıd *A; confer ad fam.* 9, 20, 3 litteris me inuoluo, aut scribo aut lego; *de fin.* 2, 33, 107 poëma, orationem cum aut scribis aut legis (*Plin. ep.* 1, 9, 4 in Laurentiano meo aut lego aliquid aut scribo); *sed ad fam.* 9, 26, 4 cotidie aliquid legitur aut scribitur, *ubi* aliquid aut legitur *Bakius temere; cf. de diu.* 2, 59, 122 9 hunc *AB*

rim, satiari non queo, magnificasque uillas et pauimenta marmorea et laqueata tecta contemno; ductus uero aquarum, quos isti Nilos et Euripos uocant, quis non, cum haec uideat, inriserit? itaque, ut tu paulo ante de lege et de iure disserens ad naturam referebas omnia, sic in his ipsis rebus, quae ad requietem animi delectationemque quaeruntur, natura dominatur. qua re antea mirabar, nihil enim his in locis nisi saxa et montes cogitabam itaque ut facerem et orationibus inducebar tuis et uersibus, sed mirabar, ut dixi, te tam ualde hoc loco delectari: nunc contra miror te, cum Roma absis, usquam potius esse.

3 MARCVS. Ego uero, cum licet pluris dies abesse, praesertim hoc tempore anni, et amoenitatem hanc *et* salubritatem [hanc] sequor, raro autem licet. sed nimi-

---

huc* (c *in ras*) *H* 1 ſacıarı non quaeo *B* 2 &**laqueaтa (ıl *deletum*, laqueaтa *in rasura; uidetur* & ılla quae ad *fuisse*) *B* eт**laqueaтa (eaтa *in rasura*) *A* & ılla‿queaтa (*corr ex* & ılla que ad *ut uidetur*) *H* et illa laqueata *Halmius* conтempno *AB* conтẽno *H* 3 uocãт* (т *in ras*, ~ *a corr*) *H* 4 hoc *B* ın^rrıſerıт *H* 5 ıure (re *e corr*) *A* ıuſ *corr* ıure *H* ad *e corr A* re*fere‿ba^aſ (ba *e corr*) *H*, *fuit nisi fallor* reſ fere ıuſ 6 ınıſ *B e corr, uidetur* nıſı *fuisse* 7 dılecтaтıonemque *A* delecтaтıonem quem *B* queruntur *H*, *corr* quę *B* 8 *ıſ *H* ſaxa *in rasura A* 9 munтeſ *corr* mon *A* cogıтare^bam *B* cogıтabã *corr ex* cogıтarẽ *A* cogıтare *H*; *fortasse* cogitaram ınduceba^r *B* ınduebar *H* 10 тe*тam *corr ut uidetur ex* тeтıam [*immo* тeтam] *A* тeтam *H* 11 delecтare *A* тecum *et mox* abſ ıſ *sed lineolis syllabae sic ut oportet separatae et coniunctae H* 12 abſıſ *in rasura quae etiam proximum* u *attingit A*, *neque tamen aliud quaerendum cum Halmio; liturae causam patefacit Heinsianus* pocıuſ (c *mutatum in* т) *B* 13 plureſ *B* abeſſe *Heinsianus* abeſſẽ *A* abẽẽ *corr in* abẽẽm *B* 14 pre|ſerтım *H* eт amoenıтaтem hanc ^& ſalubrıтaтẽ hanc (alu *in rasura*) *A* & amoenıтaтem hanc ^& ſa|lubrıтaтem hanc *B* & amęnıтaтẽ & ſalubrıтaтem hanc *Heinsianus*, [*quem nunc sequuntur, sed nec fidem habet illa scriptura, a cor-*

rum me alia quoque causa delectat, quae te non attingit ita.

Atticvs. Quae tandem ista causa est?

Marcvs. Quia, si uerum dicimus, haec est mea et huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus; hic sacra, hic genus, hic maiorum multa uestigia. quid plura? hanc uides uillam, ut nunc quidem est, lautius aedificatam patris nostri studio, qui cum esset infirma ualetudine, hic fere aetatem egit in litteris: sed hoc ipso in loco, cum auos uiueret et antiquo more parua esset uilla, ut illa Curiana in Sabinis, me scito esse natum; qua re inest nescio quid et latet in animo ac sensu meo, quo me plus hic locus fortasse delectet, si quidem etiam ille sapientissimus uir, Ithacam ut uideret, inmortalitatem scribitur repudiasse.

Atticvs. Ego uero tibi istam iustam causam puto, 2 4

---

rectore profecta, et positus iste pronominis a consuetudine quidem Ciceronis alienus est: qui sic solet dulcedine hac et scabie, *p.* 52, 1; caelo hoc ac spiritu; scelera haec et flagitia; *quare*] *putabam* salubritatem hanc et amoenitatem [hanc]; *de corruptela cf.* 3, 18, 42 1 alia·quoque·causa *A* attingit·Itaque tandem *AB* adtingit ita·Quę tandem *Heinsianus* *Qui* ita *delent, tollunt urbanitatem orationis* 5 patria (a *ultimum in rasura*) *A* hic *A* hinc *B* hinc *H* *orti (rt *corr*) *A* stirpe (t *e corr*) *B* 6 gens *R. Stephanus, confer* 2, 22, 55 extra sacra et gentem 7 quid *corr ex* quod (qđ) *AB* Quid *H* hanc uide hanc uides *B* uillam *H* 8 ędificatam *Heinsianus* aedificata *AB* 9 ualetudinem *AB* ual&udine *H* fer aetatem *B* fereętatē *sed* eę *corr ex* ae *A* fere ętatem *H* eg& *A* 10 auos *AB* auos *H* 11 essed *H* 12 inest *R. Stephanus* idest *B* id·ē· *A* idem *H* quit *corr* quid *AB* quid *H* 13 hac *sed* h *erasum BH* sensum eo *ABH sed in hoc corr* sensu*|meo 14 delect& *sed* d *e corr A* (*uidetur* fortasset elect& *fuisse*) *coniecі* fortasse (recte) delectet, *quod putaui requiri, maxime* si quidem *ut haberet quo referretur et propter Attici responsum* *si *A* 15 uiri hacam *B* immortali-

cur huc libentius uenias atque hunc locum diligas: quin ipse, uere dicam, sum illi uillae amicior modo factus atque huic omni solo, in quo tu ortus et procreatus es; mouemur enim nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt uestigia. me quidem ipsae illae nostrae Athenae non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant quam recordatione summorum uirorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus, studioseque eorum etiam sepulchra contemplor: qua re istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum.

MARCVS. Gaudeo igitur me incunabula paene mea tibi ostendisse.

5 ATTICVS. Equidem me cognosse admodum gaudeo. sed illud tamen quale est, quod paulo ante dixisti, hunc locum, id enim ego te accipio dicere Arpinum, germanam patriam esse uestram? numquid duas habetis

---

тaтē *AH* 1 ***cur (*satis certo agnoscitur* curcur *fuisse*) *A*; *neque erat quod Halmius puto esse cur scriberet* lıbenтıuſ (тı *in rasura*) *A* dılıgeſ (a *superscr.*) *B* 2 quınıpſe *B* quın|**ıpſe *A* quın|ıpſe *H* uerae *B* ılle *corr* ıllı *AB* ıllı uılle *H* amıcıor (тı *superscr.*) *A* amıcı|тıor *corr ex* amı|cıor *B* amıcıor *siue* amıтıor *quod in compendio internosci non potest H* amodo *H* 3 omnıſ *sed* ſ *deletum B* тu horтuſ (h *deletum*) *B* тu orтuſ *sed* т *et* rт *corr A* тuorтuſ *H* 4 mouemor (v *superscr.*) *A* 5 dılımuſ (gı *superscr.*) *A* ammıram̄ *B* 6 men *B* me* (n *deletum*) *A* men *H* ıpſe ılle *H*, *corr* ıpſę ıllę *B* *aтhen*ac (*fuit* caтhenıae) *B* aтhenę *in rasura A* aтhene *H* 7 ex|quę ſıтıſq; (*corr* quı) *B* exquıſıтıſ quę, *sed si recte interpretor uestigia* тıſq quę *primum, dein* тıſ*que *corr*, *H* 8 recordaтıoneſ *B* recorтıone* (da *superscr.*) *H* 10 ſтudıoſe quae *A* ſтudıoſe quem *B* Sтudıoſeq; *H* & ıam *corr ut sit* eтıam *H* 12 poene *A* penę *H* 13 oſтendıſ|ſe hacquıdem (e *superscr.*) *B* oſтendıſſe**equıdem *A* oſтendıſſe· equıdē *H* 14 cognoſce *H* 15 ıſтud (ıllud *superscr.*) *H* 16 id enim *Goerenzius* ıdem *ABH* 17 paтrıamaſſe (e *superscr.*) *B* uр̄am*quıduaſıſ (nū, ıl *superscr.*) habıтıſ (nū *et* d *a corr superscripta*; habıтıſ *corr in* habeтıſ) *B* uр̄am (nū *superscr.*) qd*duaſ**

patrias? an est una illa patria communis? nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum.

Marcus. Ego me hercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam natu*rae*, *alteram* ciuitatis. ut ille Cato, quom esset Tusculi natus, in populi Romani ciuitatem susceptus est, ita, quom ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris, ut uestri Attici, prius quam Theseus eos demigrare ex agris et in astu, quod appellatur, omnis se conferre [se] iussit, et sui erant idem

---

habıτıſ (ɴū *antiqua manu superscriptum;* qd* duaſ** *corr ex* quıduaſıſ; *denique* habıτıſ *mutatum in* habeτıſ) *A* ur̃am quıd uoſ duaſ habeτıſ *Heinsianus* uestram? quid? duas uos habetis *Halmius; sed* numquid *iniuria spernitur, quod aptius est quam* quid *post interrogationem alteram* quale est *illatum, et* uos *nullam habet fidem, si quidem Heinsianus manifesto correctus est,* duaſıſ *autem apparet unde ortum sit insequente* habeτıſ 1 paτrıaſanȩ ē *B* paτrıaſ*an*·ē· (ſ *e corr, fuit* paτrıa ſane ē) *A* paτrıaſ|an ē *H* paτraa *corr* rıa *B* commŏnıſ *B* 3 meberculae (b *mutatum in* h) *B* 4 caenſc opaτrıaſ *corr* cȩenſeo*paτrıaſ *B* unam naturae, alteram ciuitatis *deteriores* unā naτuram cıuıτaτıſ *ABH* 5 quom (c *suprascr.*) eſτ *B* quom*ē* *A* cum (quō *suprascr.*) eſτ *H* esset *Ascensiana* 6 ıτa *ABH, quod uerum est, quamquam non recte explicatur in Handii Tursellino* 3 *p.* 471; *consequentiam enim designat* (*uelut de or.* 1, 18, 83; 1, 34, 154) *neque inepte in hac oratione superior sententia repetitur* (quom ortu) quom (cum *suprascr.*) orτuſ τuſculanō (orτ *corr et* ſ *add,* nō *mutatum ex* nū) *A* quum (c *suprascr.*) orτu (ſ *suprascr.*) τuſculano *B* cum orτu τuſculanuſ (τuſ *in litura*) *Heinsianus* 7 ciuitate Romanus *deteriores* cıuıτaτem romam *B* cıuıτaτē romam *H* cıuıτaτe romā *sed corr* cıuıτaτē *A* 9 eos demigrare *Manutius* eoſ|dem mıgrare *BH* eoſdē mıgrare *A* & ī eſτu (ī *in ras corr*) *H* apellaτur *B* 10 omnıſ (om̃ıſ) ſe conferre ſe ıuſſıτ *ABH, alterum* se *om Monacensis, prius alii om* et Sunii erant iidem et Attici *R. Stephanus* et sui erant idem et Attici *Maduigius* (*Opp.* 2, 146) & ſymfranτı demeτaτ τıcıſ *B* & ſımf*ranτıdem & aττıcıſ (*fuit ut uidetur* ſımferanτ) *A* & ſynıfranτıdem & aττıcıſ *H;* [*tenui quam antea secutus eram Maduigii sententiam, quamquam longe aliter de toto loco iudicare uideo Em. Hoffman-*

et Attici, sic nos et eam patriam ducimus, ubi nati, *et illam, a qua excepti* sumus. sed necesse est caritate eam praestare, qua rei publicae nomen uniuersae ciuitatis est, pro qua mori et cui nos totos dedere et in qua nostra omnia ponere et quasi consecrare debemus. dulcis autem non multo secus est ea, quae genuit, quam illa, quae excepit. itaque ego hanc meam esse patriam prorsus numquam negabo, dum illa sit maior, haec in ea contineatur * * habet ciuitatis et unam illam ciuitatem putat.

---

num in Fleckeiseni ann. 1878 *p.* 709] 1 *per* sic *duo exempla comparia* ἀσυνδέτως *composita,* ut ille Cato, ut uestri Attici, *complectitur et ad suam rem refert* (*cf. de or.* 1, 16, 73; *Tusc.* 5, 17, 49) & *ante* eam *in rasura B* dicimuſ *H* nati ſumuſ *ABH* 2 et illam qua excepti *addita in deterioribus,* a qua *Bakius* caritatem *B* caritatē *A* caritatem (*omisso* eam) *H* 3 preſtare *BH* quā (*fuit* quā) *A* quam *H* e qua *Maduigius Emend. p.* 61 uniuerſe *H* 4 quo amori *mutatum in* qua*mori *AB* quo amore *H* ſedere *H, corr* dedere *AB* 5 ponere* (*uidetur* poneret *fuisse*) *A* ponere& (*omisso* et) *H* 6 ducíſ *A* duſcíſ *B* dulcíſ *H* ſecuſ**ē (*fuit* ſecutuſ ē) *A* ſecuſ|eſt *H; cf. p.* 92, 1; [*unde iudicari potest quam recte Plauto in Trinummo* 130 Quid secus est aut quid interest *quia in codd. Palat.* ſecutuſ *legitur formam* sectius *inuito uersu obtruserint aptissimamque orationem deprauarint: de duplici interrogatione uide ad p.* 38, 14, *et uel Ciceroni libuit scribere* (*de fin.* 3, 7, 25) nihil esse quod intersit aut differat] æa *corr* ea *B* que genuit *A* 8 proſuſ *AB* prſuſ *H* numquam *H* n̄ ūquā *A* n umquā *B sed* n *in rasura trium litterarum, quae esse* non *poterant; fuitne* non umquam, *id quod Ciceroni non magis abiudicandum est, quam aut* non usquam (*Tusc.* 5, 9, 24 non usquam id quidem dicit omnino) *aut* non ullus, *cuius pauca sed certa exempla Maduigius de fin.* 3, 15, 50 *perscripsit* illa ſit *ABH* sit illa *Halmius errore* 9 haec *unus et alter deteriorum* ſed *B* & *A Heinsianus* contineatur (tur *in litura*) *H* ciuitatiſ & unam illam *ABH* ciuitates duas sed illas unam (*sic*) *editiones nonnullae uetustiores ueluti Ascensiana, Camerarii; in plerisque omittuntur haec* habet . . putat, *quae hodie fere pro glossemate habentur, sed potuit fieri ut interciderint, quibus illa superioribus adnectebantur, uelut* contineatur: (et eodem

ATTICVS. Recte igitur Magnus ille noster me audiente posuit in iudicio, quom pro Ampio tecum simul diceret, rem publicam nostram iustissimas huic municipio gratias agere posse, quod ex eo duo sui conseruatores extitissent. uti iam uidear adduci hanc quoque, quae te procrearit, esse patriam tuam. sed uentum in insulam est; hac uero nihil est amoenius. ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et diuisus aequaliter in duas partes latera haec adluit rapideque dilapsus cito in unum confluit et tantum conplectitur quod satis sit modicae palaestrae loci. quo effecto, tamquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim praecipitat in Lirem et, quasi in familiam patriciam uenerit, amittit nomen obscu- 3 6

---

modo omnis municeps duas ut mihi uidetur) habet ciuitatis set unam illas ciuitatem putat. [*Mea supplementa, in quibus uerba nimirum praestare nolui, quod uituperauit Huschkius allatis ex or. pro Balb.* 11, 28 duarum ciuitatum ciuis noster esse iure ciuili nemo potest, *fateor me non intelligere, si uerum non est nec a Cicerone dici potuit omnem municipem duas habere ciuitates, quid sibi haec omnis de duplici patria municipum disputatio uelit; uide* 3, 16, 36 *Ciceronis auo quid dixerit consul* utinam in summa republica nobiscum uersari quam in municipali maluisses.] 1 rectạe *B* 2 ıudıтıo (т *mutatum in* c) *B* quom *A* cū *B* quō cum *H* Ampio *nescio qui apud Turnebum et Lambinum* ambıo *AB* ambıu *H* 3 dıcereт (т *corr*) *A* ıuſтıſſımam *BH* ıuſтıſſımā* (*fuit* ıuſтıſſımaſ) *A* mònıcıpıo *A* 4 duo sui *editiones* duo ſunт *HB sed in hoc* ſunт *deletum;* duo | *omisso* sui *A* (*Halmius errat*) 5 uti iam] uтınā *ABH* ut iam *editiones* uidear *R. Stephanus* uıdeā (uıdeam) *ABH* 6 quı *corr* quę *B* que *H* 7 haẹc *B* hac* (ac *in rasura*) *A* hac *H* amęnıuſ *H* uт enım *ABH* etenim *Lambinus* 8 equalıт̃ ınduę (aſ) *H* 9 adluıт (l) *B* alluıт *H* rapıde quạe *A* dılapſum *H* 10 conpectıтur (l) *AB* conplectıтur *H* 11 modıce *H*, *corr* modıcę *AB* paleſтrę *AH* palleſтrae *B* 12 efficeret *deteriores* effıcerıт *corr* effecerıт *B* effecerıт *AH* 13 dıſpuтandẹ̄m *A* precıpıтaт *BH* p̄cıpıтaт* (aт *corr*, *fuit ut puto* p̄cıpıтanт) *A* ıllırem *H*

rius Liremque multo gelidiorem facit; nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim, ut uix pede temptare id possim, quod in Phaedro Platonis facit Socrates.

7 MARCVS. Est uero ita, sed tamen huic amoenitati, quem ex Quinto saepe audio, Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit.

QVINTVS. Est ita, ut dicis; caue enim putes Attici nostri Amalthio platanisque illis quicquam esse praeclarius. sed, si uidetur, considamus hic in umbra atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, [et] reuertamur.

MARCVS. Praeclare exigis, Quinte, at ego effugisse arbitrabar, et tibi horum nihil deberi potest.

QVINTVS. Ordire igitur; nam hunc tibi totum dicamus diem.

---

1 gelidorem *ABH* ullum *Heinsianus* illum *B* illũ *A* 2 attigi cum ad *deteriores* atticiũ ad *A Heinsianus* aticium ad *B* 3 poſſum *B* pedro *B* phedro *H* 5 amẹnitati *H* 6 quem *Dauisius* q, *sed corr* q̃; (*h. e.* quae, *non* quem) *B* quę *A* quam *Heinsianus* is quem *Muellerus* ſepe *H* audio (dio *in rasura*) *A* Thyamis *Turnebus* thebanuſ *corr ex* theuamiſ *A* thebanuſ (*sed* b *corr ex* u, *et* nuſ *in rasura*) *B* thebanuſ *sic m pr H. Forsitan* thoeamis *antiquitus scriptum fuerit, unde natae sint corruptelae: de peruulgata* oe *et* y *uocalium permutatione cum alii tum Hauptius Opp.* 3, 475 *dixit.* [*Immo* theuamis, *quae primitiua scriptura est, pro* thyamis *exaratum, quem ad modum* leucio *pro* lycio *de nat. deor.* 1, 26, 72] ſẹphirotẹſ *B* epyrotẹſ *AH* 7 *opinor (*fuit* opp) *H* 9 Amalthio *Turnebus* emathyo *A* emat hro *B* (*sic*) emathio *H* e&̃ *corr* ẽẽ *B* eſſe (ſe *in rasura*) *A* ẽẽ *H* 10 hi|cinum bram (*corr* hic|in) *B* 11 & reuertamur *BH* *reuertamur *A* 13 exaiſquae quintae *B* exiſquęquinte *A* ex hiſ que quinte *H* exigiſ quinte *corr AB* ad *B* effulgiſſe *H* 14 arbitrabar (itra *in rasura*) *A* nihil (h *in rasura*) *A* deberim *B* 15 ordire *in rasura A* tibi (i *ultima e corr add*) *B* 16 diẽmaiore| muſarum primordia *A* diemmaiorem muſarum primordi|a *B* diem maiorem muſarum pri|mordia *H* diem. A Ioue *R. Stephanus*

MARCVS. 'A Ioue Musarum primordia,' sicut in Aratio carmine orsi sumus.

QVINTVS. Quorsum istuc?

MARCVS. Quia nunc item ab eodem et a ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.

QVINTVS. Optime uero, frater, et fieri sic decet. 8

MARCVS. Videamus igitur rursus, prius quam ad- 4
grediamur ad leges singulas, uim naturamque legis, ne, quom referenda sint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore sermonis ignoremusque uim rationis eius, qua iura nobis definienda sint.

QVINTVS. Sane quidem hercle, et est ista recta docendi uia.

MARCVS. Hanc igitur uideo [ex] sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam nec scitum aliquod esse populorum, sed

---

1 in Aratio *R. Stephanus* innarratio *A* innarratio *BH* 3 cum (quorſū *superscr.*) *H* (*sic*) 4 qa (i *superscr.*; a *in rasura*) *A* qua (i *superscr.*) *H* & a *H* & a *superscriptum B* & a (& *corr*) *A* ceteriſ *H* diiſ immortalib; *B* diſ|in mortalibuſ (iſ *e corr et* in *in litura trium litterarum*) *A* diiſ inmortalibuſ *H* 5 agenda *H* primordia *H* primordiaę *B* primordia *corr ex* primordio *A* 6 decet *corr ex* dicit *A* 7 adgrediamur (r *ultimum in rasura*) *A* 8 legiſ *H* legeſ *corr* iſ *AB* 9 quom *A* quom (c *superscr.*) *B* cum (quō *superscr.*) *H* 10 ignoremusque uim sermonis *om H* uim ſermoniſ eī·quą (o *superscr.*) (ſ *ultimum in* ſermoniſ *a corr add*) *B* uim ſermoniſeiuſ quo* (ſe *ante* i *corr*, quo* *corr ex* qua) *A* eiuſ quo *sed* o *in ras corr H; primitiua scriptura* qua *persuadet*, ſermoniſ, *quod ferri non potest, propter uiciniam eiusdem uocis errore ortum esse, cuius loco, cum abesse nomen non possit, uix aliud uidetur scriptum fuisse, quam quod reposui* rationis eius qua; *confer de orat.* 3, 6, 21 ubi enim perspecta uis est rationis eius qua causae rerum cognoscuntur 11 diffinienda *H* 12 hercle (c *e corr*) *A* 14 ex|ſapientiſſim**orum (*uidetur* ſapientiſſimi rorum *fuisse*) *B* **ſapientiſſimoꝝ *A* ex ſapientiſſimoꝝ *H*; ex *unde natum sit non intelligo, nisi forte ad* excogitatam *aberrauit librarius* 15 ſententia *H*, *quod non casu ortum sed propter* ex *positum uidetur* excogitatā (ā *corr ex* o) *A* 16 ſitum *H* populorum sed *deteriores* po-

aeternum quiddam, quod uniuersum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. ita principem legem illam et ultimam mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut uetantis dei: ex qua illa lex, quam di humano generi dederunt, recte est laudata; est enim ratio mensque sapientis ad iubendum et ad deterrendum idonea.

9 QVINTVS. Aliquotiens iam iste locus a te tactus est; sed ante quam ad populares leges uenias, uim istius caelestis legis explana, si placet, ne aestus nos consuetudinis absorbeat et ad sermonis morem usitati trahat.

MARCVS. A paruis enim, Quinte, didicimus 'si in ius uocat' atque [at] eius modi leges alias nominare; sed

---

pulorumqđ (qđ *corr ex* q;) *B* populoꝝ quod (od *in rasura*) *A* populorumq; *H* 1 quidam *H* munduſ (dūſ *corr*) *A* 2 prohibendique (endi *in rasura*) *A* ſapientiā *A* ſapientiam *H* 3 men|tem *corr ex* m̄|tem *A* dicebant *deteriores* dicebat *ABH* 4 cog*entiſ (*fuit* cogi entiſ) *B* cog*entiſ *A* cogentiſ *H* uaetantiſ *B* dei (ei *corr* *B* dej *corr ex* di *A* die *H* [ex quo *Dauisius, probatum cum aliis, tum nuper Muellero exemplis adhibitis parum ad hanc rem utilibus*] quā humano (h *in rasura*) *A* quā dij humano (ij *corr ex* i) *B* quam di|humano *H* 6 menſq. *in rasura A* addeterendū *A* adderrendum (*sic* r *corr ex* t) *B* ad deterendum *H* 8 aliquociens (c *mutatum in* t) *B* iſte locuſ| (e locuſ *in rasura*) *A* 9 ſ*ed (*fuisse* ſæt *uidetur*) *A* at *corr* ad *A* legiſ *corr* eſ *AB* legeſ *H* ueniſ *AB* ueniſ *H* 10 explena *B* explena *corr* explana *A* explana *H* eſtuſ *H* conſuetudiſ *corr* diniſ *AB* conſuetudiniſ *H* 11 obſorbeat *H* 12 a paruis enim *olim correctum* apparuiſſe nim *corr in* apertiuſ enim *B* aptiuſ** enim *sed* aptiuſ *corr in litura quae etiam antecedentia* tati trahat *complectitur A* apparuiſſe enī *H* quin*te *A* didicimuſ *B* unuſ (iiuſ) *H* (*sic*) 13 atque *Ascensiana* atque at *AB* atq; | ad *H*; *in quibus* at *uel* ad *ex* atque *ortum eodem modo quo* 3, 18, 40 atque [ad] ſedata; *hoc igitur delendum nec praeterea quicquam mutandum esse censui olim nec muto sententiam quamuis uituperatus a Schoellio Legis XII Tab. rel. p.* 69. *usum illum Halmius in commentario Sestianae p.* 305 *exemplis illustrauit* nominareſ *B*

uero intellegi sic oportet, et hoc et alia iussa ac uetita populorum uim habere ad recte facta uocandi et a peccatis auocandi, quae uis non modo senior est quam aetas populorum et ciuitatium, sed aequalis illius caelum atque terras tuentis et regentis dei. neque enim esse 10 mens diuina sine ratione potest, nec ratio diuina non hanc uim in rectis prauisque sanciendis habet, nec, quia nusquam erat scriptum, ut contra omnis hostium copias in ponte unus adsisteret a tergoque pontem interscindi iuberet, idcirco minus Coclitem illum rem gessisse tantam fortitudinis lege atque imperio putabimus, nec, si regnante *L.* Tarquinio nulla erat Romae scripta lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sex. Tarquinius uim Lucretiae, Tricipitini filiae, attulit. erat enim ratio, profecta a rerum natura,

---

1 & *ante* alıa *corr A* ıuſſa*|ac*u&ıta (u& *in rasura*) *A* ıuſſa ac uetıtıta *H*, *unde litura in A explicatur* 2 at *corr* ad *A* facta (act *corr*) *A* & a *corr A* 3 auocandıq; tuıſ (q; *corr in* ꝙ; *h. e.* quae) *B* auocandıque* uıſ (que *corr in* quę) *A* auocandı quınte tuıſ *H* senior est] ſenı|orem (*etiam in* r *aliquid correctum quod non intelligo*) *H* 4 etaſ *et mox* equalıſ *H* cıuıtatıum *ABH* (*sic*) ſed (d *corr*) *A* celum *H* 5 tuendıſ *B* tuentıſ (tı *in rasura*) *A* tuentıſ *H* deınıq; *corr* deı·neq; *B* dej*neq; (*fuit* de ınıq;) *H* deıneque| (ne *corr*) *A* enī menſ dıuına ſıne ratıone poteſt nec ratıo dıuına *in rasura A* 7 ſaucecıendıſ *B* ſancıendıſ (nc *in rasura*) *A* ſancıendıſ *H* 8 ſcıṛıptū *A* omnıſ (n *corr*) *A* 9 copıa *corr* copıaſ *B* copıaſın (aſın *in rasura*) *A* copıaſ ın *H* atergo quạe *AB* a*tergo quę (a *et* t e *corr*) *H* 10 coclıtem (e *in rasura*) *A* ıllurem (*sic*) *A* 11 geſſıſſetantū (ſſet *in rasura*) *A* fortudınıſ *A* fortıtudıneſ *corr* nıſ *B* fortıtudınem *H* |putabım; nec *in rasura A* 12 L. Tarquinio *Turnebus* **tarquınıo *A* (*prima manus cognosci non potest*) uł tarquınıo *Heinsianus* tarquınıo *B* Romae *olim correctum* prome *A* ꝓme *BH* 14 tar quı*nıuſ *A* lucræcıæ *B* 15 fılıl *pr corr in* fılıę *B* atulıt *A* profecta a *deteriores* pro-

et ad recte faciendum inpellens et a delicto auocans, quae non tum denique incipit lex esse, quom scripta est, sed tum, cum orta est; orta autem est simul cum mente diuina. quam ob rem lex uera atque princeps apta ad iubendum et ad uetandum ratio est recta summi Iouis.

5 QVINTVS. Adsentior, frater, ut, quod est rectum ue-
11 rumque, *aeternum quoque* sit neque cum litteris, quibus scita scribuntur, aut oriatur aut occidat.

MARCVS. Ergo ut illa diuina mens summa lex est, item, quom in homine est perfecta * * in mente sapientis; quae sunt autem uarie et ad tempus descriptae

---

fecti *A* pfecti[a] *B* profecto (to *in ras corr*) *H* 1 & ad recte *H* & a[d]recte (& *corr*) *A* & a[d]rrecte *B* inpellens *B* impellens *AH* & ad|flicto *corr* & ade|*licto *B* &adelicto (&ade *in rasura*) *A* &adflicto *H* auocans *superscriptum B* aduocans *H* 2 n̄[o]tum (*sic*) *H* quom *A* quā *corr* cum *B* cū[q][o] *H* 3 horta *B bis* 8 aeternum quoque *addidi, quod ex* uerumque *effici uoluit Dauisius; sed recte et ex more* rectum uerumque *iungitur* (*confer* 3, 15, 34 cum aliquid uerum et rectum esse dicitur; *Acad. pr.* 2, 9, 27 lex ueri rectique proditur; *Tusc.* 3, 29, 73 rectum et uerum; *ad fam.* 1, 8, 2; 6, 21, 2 recte uereque sensisse); *ut eo quoque nomine reiectaneum esse* rectum, uerum quoque, *quod uulgatur, appareat* sic *corr* sit *B* 9 scita|scribuntur *B* scita*scribunt̄ (*fuit* scit ascribunt̄) *A* scita*d[e]scribuntur (a *et* d *in ras, uidetur* scit adscr *fuisse*) *H* aut*oriatur (*fuit* auctoriatur) *A* 11 quom *A* quom[c] *B* quod *H* *Defectum orationis significaui, quem sic fere reparandum existimo* item, quom in homine est perfecta (ratio, lex est: ea uero est perfecta) in mente sapientis. *Confer* 1, 6, 18 eadem ratio cum est in hominis mente confirmata et perfecta, lex est; 1, 7, 22 quae (ratio) quom adoleuit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. *Quod ex Rathii aliorumque coniectura Maduigio probata* (*Emend. p.* 63) *hodie uulgatur* in homine est perfecta, in mente sapientis (est), *eo non puto sententiae satis fieri* 12 q; *corr* q̄; *B* uarię *H* uarię *corr ex* uarie *ut uidetur A* uariae *B* a[d] *A* descripta *corr* de-

populis, fauore magis quam re legum nomen tenent. omnem enim legem, quae quidem recte lex appellari possit, esse laudabilem quibusdam talibus argumentis docent. constat profecto ad salutem ciuium ciuitatumque incolumitatem uitamque hominum quietam et beatam inuentas esse leges, eosque, qui primum eius modi scita sanxerint, populis ostendisse, ea se scripturos atque laturos, quibus illi adscitis susceptisque honeste beateque uiuerent; quaeque ita conposita sanctaque essent, eas leges uidelicet nominarent. ex quo intellegi par est

---

ſcrıpτæ *AB* deſcrıpτe *H* 1 pophſ *H* populı* (*fuit* populıſ) *AB* (*coniunxit corrector* populi fauore, *ut in editionibus nonnullis uetustioribus legitur*) fauero *corr* fauore *AB* fauorı *sed* orı *in rasura H* reı (ı *ut uidetur a corr*) *H* τenunτ *B* 2 apelları *ABH* 4 conſτaτ | (τ *extremum in ras corr*) *Heinsianus* conſτanτ *AB* 5 ıncolomıτaτem *H* Incolomıτaτum *corr* Incolomıτaτe*m *A* ıncolomıτaτe *corr* ıncolomıτaτē *B* uıτaq; *corr* uıτāq; *B* homınē *A* quı&ıam *B* quı&ā (&ā *in rasura*) *A* 6 ınuenτaſ *Heinsianus* **dıτaſ (dı *corr ex* uı; con *supra*) *A* * ıṇτaſ (condı *supra*) *B*; *apparet primitiuam scripturam* intas *fuisse* (*ut* 3, 19, 44 intis *est in libris pro* inuentis), *idque Heinsiani auctorem recte interpretatum* ſcıτaſ anxerınτ *per rasuram mutatum in* ſcıτa* ſanxerınτ *A* 7 ſanexerınτ *B* ſanxerunτ *H* eaſ e *per rasuram corr in* ea* ſe *A* ſcrıpτuruſ aτque laτuruſ (*utrobique* oſ *corr*) *ABH* 8 ıllıſ *Monacensis* ıllıſ *ABH* ascitis *unus Goerenzii*, *Lambinus teste Dauisio* (*nam in editione Lambini a.* 1565 ascriptis *ut in plerisque legitur nec quicquam adnotatur*) adſcrıpτıſ *ABH* ascitus *deteriores nonnulli* honeſ beaτıſq; *corr* honeſτı beaτı*q; *B* honeſτe beaτeque *corr ex* honeſτı beaτıque *A* honeſτı beaτıq; *H* 9 quę cum ıτa *H* conpoſıτa|| (a *in exitu folii corr ex* ae *ut uidetur*) *A* eaſ *in rasura A* 10 nomınarem *corr* enτ *B* (*sic*) nomınarenτ *AH*, *et hoc*, *quod Victorius in* nominarunt, *alii aliter mutarunt*, *conueniens sententiae et paene necessarium esse iudico*, *si quidem hoc significari intererat*, *iussu et auctoritate latorum ea scita a populis leges nominari: neque in conformatione sententiae difficultatem agnosco*, *confer de orat.* 2, 86, 352 Simonidi dixisse se dimidium eius ei daturum: reliquum a Tyndaridis peteret. (*hoc unum exemplum posueram, non quasi ratio dicendi singularis esset, sed ut tamen unum quaerenti in promptu esset: nam usus iste latissime patet plurimisque exemplis Cicero-*

eos, qui perniciosa et iniusta populis iussa descripserint, quom contra fecerint quam polliciti professique sint, quiduis potius tulisse quam leges. ut perspicuum esse possit in ipso nomine legis interpretando inesse uim
12 et sententiam iusti et ueri legendi. quaero igitur a te, Quinte, sicut illi solent: quo si ciuitas careat, ob eam ipsam causam, quod eo careat, pro nihilo habenda sit, id estne numerandum in bonis?

---

nis, Caesaris (dixit sibi placere ternas tabellas dari iis sententiasque de singulis ferrent *b. c.* 3, 83, 3), *Nepotis* (certiorem facit Datamen, tempus esse maiores exercitus parari, deque ea re in colloquium ueniret), *Liuii etiam, firmatur, et omnino ea sententia, quam consilio scriptoris commendari et posci dixi, ne potuit quidem aliter efferri.*] ıntellegı (ıntell *in rasura*) *A* 1 et iniusta *olim correctum* & ıuſta *BH* & ıuſta po| *in rasura A* deſc|rıpſerınt *corr* deſ*|crıpſerınt *B* 2 quom *A* quo[c]m *B* cum *superscripto* q[o] *H* contra fecerınt (a fe *in rasura*) *A* ſollıcıtı *corr* poll *AB* ſollıcıtı *sed* ſ *in ras corr ex* p (*sic*) *H* ꝑfeſſıq; *H* profeſſı*que (o *erasum*) *AB* 3 quıdu[o]ıſ *A* po[tı]tuſ *H* potıuſ tulıſ| ſe (uſ tulıſ *in rasura*) *A* e&̃ poſcıt *corr* ẽẽ poſſıt *B* eſſe poſſıt (eſſe *in rasura et* ſ *altera in* poſſıt *corr*) *A* ẽẽ* poſſıt *H* 4 ıntͥpraetando *B* ıneſſe* (ſſe *in ras corr*) *H* 5 ıuſtı & uerı legendı *Heinsianus* ıuſtı & [ıurıſ colendı] curılendı *B* ıuſtı & ıurıſ|** colendı (ıuſtı *in rasura*, & ıurıſ *in margine a corr add*, *porro* co *in litura quattuor litterarum*, *et solum* lendı *manu antiqua scriptum*) *A*, *in quo dubium non est quin prima manu idem scriptum fuerit, quod in B plane cognoscitur;* [*eique leues errores communis fontis* (lendi *pro* legendi, curı *siue* eurı *pro* ueri, *ut p.* 67, 7 u[e]rı *scriptum est*) *in Heinsiano recte sublati sunt neque meliora inueniri posse facile concesserim*] quero *H* ad te *A* 6 quıntąe *B* quo si *Monacensis* quod ſı (qđſı) *ABH* *quod post prius* careat *A in margine* lege *habere scribit Halmius errauit* [lege] careat *H* 7 eo[a] (o *in* a *mutatum et* o *superscriptum*) careat|lege (lege *in margine ad extremum uersum appictum*) *H* nıchılo *Heinsianus sed ut* o *a corr uideatur;* nıhıl *AB* 8 ıd eſt ne *H* ıdēne *B* ıdemne (mne *in rasura, uidetur* ıdeſtne *fuisse*) *A* numerandū ın bo *in rasura A* numeranda* (a *in ras corr, potuit esse* dum) *H* *Apparet scribam Heinsiani hunc*

Qᴠɪɴᴛᴠs. Ac maxumis quidem.

Mᴀʀᴄᴠs. Lege autem carens ciuitas estne ob *id* ipsum habenda nullo loco?

Qᴠɪɴᴛᴠs. Dici aliter non potest.

Mᴀʀᴄᴠs. Necesse est igitur legem haberi in rebus optimis.

Qᴠɪɴᴛᴠs. Prorsus adsentior.

Mᴀʀᴄᴠs. Quid quod multa perniciose, multa pesti- 13
fere sciscuntur in populis? quae non magis legis nomen adtingunt, quam si latrones aliquas consessu suo sanxerint. nam neque medicorum praecepta dici uere possunt, si quae inscii inperitique pro salutaribus mortifera conscripserunt, neque in populo lex, cuicuimodi fuerit

---

locum ad arbitratum suum conformasse; uoluit enim quod si ciuitas lege careat, ob eam ipsam causam quod ea careat lege, pro nihilo habenda sit, id est ne numeranda in bonis. 1 maxımıſ *B* maxı*|*mıſ *H* 2 caᷣenſ *AB* c̄arenſ (r *corr in ras*) *H*, *in marg* ñ id *addidit Lambinus, quod abesse non posse docet Maduigius de fin.* 2, 28, 93 3 nullo (n *corr*) *A*; [*de* nullo loco *cf. Lachmannum in Propertio p.* 179] 4 potеſт (тeſт *in rasura*) *A* 5 habere *B* 7 prorſuſ *BH* proᷣſuſ *A* adſentıor (ad *in rasura*) *A* 8 quıdquıd *corr* quıdquıđ (*sic*) *B* pnıтıoſa *B* pnıcıoſę *A* pnı|cıoſę *H* peſтıferę *corr* peſтıfera *B* peſтıferę *A* peſтıfere *H* 9 ſuſcunтur *corr* ſcıſcunтur *B* ſcıſcunтur|ın *in rasura A* ſcıſcanтur uт *Heinsianus* populıſ (ſ *e corr*) *B* que *H*; [a quae *responsum infertur ad interrogationem, ut p.* 16, 3] legeſ *corr* ıſ *B* nomen *deteriores* non *ABH* 10 adтıngunт *AB* aттıngunт *H* quaſı *H* latrones '*quidam*' *apud Turnebum* laтoreſ *ABH* consessu *Lipsius* con*ceſſu (*fuit* comceſſu) *A* conceſſu *H* conceſſuſ uoſ *B* ſanxerınт *A* ſancxerı*nт (*fuit* ſancxerunт) *B* ſaxerunт *H* (*sic*) 11 possunt *margo Lambinianae nescio cuius* poſſenт *ABH* (*Halmius errat*) 12 ſı *a corr add B* ımperıтı[q·] *B* ımperıтıq; *H* 13 ın *superscriptum A* cuıquımodı *corr* cuıcuımodı *A* cuı quımodı *B* cuımodı *H* fuerınт *AB* fuerınт *H*. *In quibus quid uitiosi sit non uideo; nam quod* fuerınт *pro* fuerıт *leui nec raro in his libris errore scriptum est, mendi suspicionem mouere non debuit: illa autem* cuicuimodi fuerit *paene*

illa, etiam si perniciosum aliquid populus acceperit. ergo est lex iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem [et] expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quae supplicio inprobos adficiunt, defendunt ac tuentur bonos.

6 QVINTVS. Praeclare intellego, nec uero iam aliam esse ullam legem puto non modo habendam, sed ne appellandam quidem.

14 MARCVS. Igitur tu Titias et Apuleias leges nullas putas?

QVINTVS. Ego uero ne Liuias quidem.

MARCVS. Et recte, quae praesertim uno uersiculo senatus puncto temporis sublatae sint: lex autem illa, cuius uim explicaui, neque tolli neque abrogari potest.

QVINTVS. Eas tu igitur leges rogabis uidelicet, quae numquam abrogentur.

---

non distant ab his quamuis praua sit. *Confer de inu.* 2, 45, 134 legem, cuicuimodi sit, in praesentia conseruari conuenire; *nam sic recte Lambinus quod erat in libris* cuiuscemodi *correxit* 1 pnιτιοſum *B* poplſ (ſ *in ras corr, fortasse ex* o) *H* 3 anτiquiſſimā *ex* ımū *corr A* & expreſſa *B* ∗expreſſa *A* & expreſſa naτura *H* 4 ſubplıcio *corr* ſupp *A* ſupplıτıo (τ *mutatum in* c) *B* 5 ım|ꝑboſa *sed* a *erasum B* adſficıunτ *A* ſupplıcıo ımꝑboſ afficıunτ *H* 6 preclare *A* ıntellego (o *in rasura*) *A* 7 habendam (a *ante* m *ras corr*) *H* 8 appellandam (appell *in rasura*) *A* 9 Titias *Turnebus* tu Titias *Antonius Augustinus* τuτıaſ *ABH*, *quod fuisse* τuTIaſ *scribendum*, τı *syllaba ut bis legeretur*, *Ianus Gruterus credidit*, *eo artificio scriptionis usus*, *quod uel nostrae aetatis philologis quibusdam imposuit, nuper ab Hauptio lepide exagitatum* (*Opp.* 3, 311), [*et iam prius recte iudicatum ab Heinrichio in Cic. or. pro Scaur. etc. p.* 105 *et add. p.* XXIV] apulejaſ (ej *in rasura*) *A* apuleτaſ *Heinsianus* τuτıa ſe τapuleıaſ (p *corr ex* b) *B* nullaſ (ſ *ut uidetur corr*) *H* 11 Liuias *Victorius* leıuıaſ *ABH* 12 recτe (e *ultima in rasura*) *A* que *H* preſerτım *A* 13 ſublaτe *H* 14 ůım∗ (u *et* m *in ras corr*) *H* explıcauı (uı *in ras corr*) *H* poτeſτ·e·ſ (a *supra* e) *B* 15 rogabıſ (g *et* b *corr, uidetur* rocauıſ *fuisse*) *A* rogaſ *B* rocab (τ *supra* c) (*sic*) *H*

MARCVS. Certe, si modo acceptae a duobus uobis erunt. sed, ut uir doctissimus fecit Plato atque idem grauissimus philosophorum omnium, qui princeps de re publica conscripsit idemque separatim de legibus eius, id mihi credo esse faciundum, ut, prius quam ipsam legem recitem, de eius legis laude dicam; quod idem et Zaleucum et Charondam fecisse uideo, quom quidem illi non studii et delectationis sed rei publicae causa leges ciuitatibus suis scripserunt: quos imitatus Plato uidelicet hoc quoque legis putauit esse, persuadere aliquid, non omnia ui ac minis cogere.

---

1 cerτe (e *ultima in rasura*) *A* cerτıſ· *H* accep|τa∗ea (e *e corr, fuit ut uidetur* τae a) *H* 3 grauıſſımuſ (grauıſ *in rasura*) *A* phyloſophorum *B* omnıum qui *mutatum in* omnıum que *AB* quı (*omisso* omnium) *H* 4 conſcrıpſıτ (*sic sed* q *inductum*) *H* ſeperaτım *B* legıbuſ (buſ *in rasura*) *B* 5 idem *Halmius coll. de off.* 1, 1, 1; item *Lambinus* facıēndum *H* 6 [eıuſ] egıſ legıſ *B* eıuſ legıſ *A sed* ıu *corr, ut potuerit* egıſ *fuisse;* e͡t lege laudē (*fuit* laudē) *H, h. e. scriba ex his quae per errorem primo scripserat* de eius lege laudem dicam *suo arbitrio effecit* de eius laude dicam, *ad mentem Halmii, qui* legis *tolli iussit, non recte, nec obtemperauit Baiterus: confer* 2, 23, 58 cum lamina esset inuenta et in ea scriptum lamina, *ubi me quidem auctore sed praue alterum* lamina *inducitur; pro Mur.* 14, 31 sin haec bella grauissima uictoriaeque eorum bellorum gratissimae fuerunt; *pro Mil.* 27, 74 cum non impetrasset, ut sibi insulam in lacu Prilio uenderet, repente in eam insulam materiem conuexit; *Tusc. disp.* 5, 20, 59 cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset eiusque fossae transitum coniunxisset; *de fin.* 3, 5, 16 ad suum statum eaque, quae conseruantia sunt eius status, diligenda, *multa alia* 7 & zaleucum *AB* eſτ [τıā] (*h. e.* eſτ *corr in* eτıam) zaleucum *H; cf. de nat. deor.* 3, 3, 8 hoc idem et philosophi faciunt et ego ut potui feci (*Halmius errauit*) charonnıdā *A* cha|ronnıdam *H* carnorudā *corr in* carronnıdā *B* (*sic*) quō *A* q̃m (*h. e.* quoniam) *B* (*sic*) cūm *H* 8 quıdam *H*, *corr* quıdem *B* quıdē *sed* ē *e corr A* dılecτaτıoneſ *corr* dılecτaτıonıſ *A* 9 scripserint *R. Stephanus* 10 legıſ puτauıτ ēē per *in rasura A* 11 uı *in ras corr H*

QVINTVS. Quid quod Zaleucum istum negat ullum fuisse Timaeus?

MARCVS. At Theophrastus, auctor haud deterior mea quidem sententia, meliorem multi nominant; commemorant uero ipsius ciues, nostri clientes, Locri. sed siue fuit siue non fuit, nihil ad rem: loquimur quod traditum est.

7 Sit igitur hoc iam a principio persuasum ciuibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores deos eaque, quae gerantur, eorum geri iudicio ac numine, eosdemque optime de genere hominum mereri et qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente,

---

1 qd q̃d *in extrema pagina H* 2 fuiſſe∗ (*fuit* fuiſſ&) thımeuſ *B* fuıſſe ıma eꝫ *H* fuıſſe thımęuſ a *in rasura A* [*De oratione* Zaleucum istum negat ullum fuisse *confer de rep.* 1, 38, 60 imperium, quod quidem, nisi unum sit, esse nullum potest] 3 theopraſtuſ (e *corr*) *A* theo praſtuſ *H* aut *H*, *corr* haud *AB* 4 *post* nominant *addidit* commemorat *Baiterus, quod aptum non est et aptius certe scribi poterat* At Theophrastus (ait) auctor, *sed et hoc inutile esse mihi quidem uidetur, qui ex* negat ullum fuisse (*h. e.* dicit nullum fuisse) *recte audiri* dicit fuisse *putem, cuius generis multa exempla et nonnulla longe hoc duriora extare apud Ciceronem notum est: uide Maduigium de fin.* 2, 8, 25 *Confer de eodem dissensu Timaei cum Theophrasto ad Att.* 6, 1, 18 5 Locri *deteriores* lucrı *ABH* 5 *et* 6 ſıuı *corr* ſıue *A* 6 quotradıtū *AB* quod tradıtum *sed* d *in ras*, *et* t *corr* (*fuit* quot rad) *Heinsianus* 8 sit igitur *deteriores* ſı ıgıtur *ABH* 9 moderatoſ *H* modera(re)toſ *AB* eaq̃; (*h. e.* eaq; *corr in* eaq. q̃;) *B* eaqueque *A* eaq; que *H* 10 generant̃ *H* generant̃ *B* gerantur (rantur *in rasura*) *A* gerı (rı *in rasura trium quattuorue litterarum*) *A* ıudıciono ac nomıne *A* (*sic*) ıudıcıone ac numıne *B* ıudıcıo·ne ac nomen *H* ui ditione atque numine *Turnebus* ditione atque numine *Ascensiana, id quod Halmius Baiterusque* (*nisi quod* dicione ac) *expresserunt, sed ex A apparet primitiuam scripturam fuisse, quod Victorius* (*nisi quod* atque) *et C. Stephanus posuerunt*, iudicio ac numine, [*in quo* iudicium *intelligo* arbitrium, *ut* nutu et arbitrio *nonnumquam componuntur*] 11 homınūmererı (˜ *et* m *corr*) *A* 12 am(d)mıttat *B*

qua pietate colat religiones, intueri piorumque et im-
piorum habere rationem. his enim rebus inbutae mentes 16
haud sane abhorrebunt ab utili aut a uera sententia:
quid est enim uerius quam neminem esse oportere tam
stulte arrogantem, ut in se rationem et mentem putet
inesse, in caelo mundoque non putet, aut ut ea, quae
uix summa ingenii *ratione comprehendantur*, *nulla* ra-
tione moueri putet. quem uero astrorum ordines, quem
dierum noctiumque uicissitudines, quem mensum tem-
peratio quemque ea, quae gignuntur nobis ad fruendum,
non gratum esse cogunt, hunc hominem omnino nu-

---

1 regione ſint ueri *H* regionē ſint|ueri *corr in* regioneſ*intue-ri|**** *B* reli|gioneſ intueri *A sed* reli *in exitu uersus add*, gio-neſ intueri *initio insequentis in rasura corr* pio|*rumq; & imperium *H* 2 hrabei *H*, *corr* re *AB* hiſ *H* iſ *A* iſ *B* inbutae (tae *in rasura*) *A* mentiſ *H*, *corr* eſ *AB* 3 aut *AH*, aut *corr* haud *B* abutilj*aut a uer*a (*fuit ut uidetur* abutilleaut auerſa) *B* ab utili illa (li illa *in rasura*) aut auerſa *Heinsianus* ab|horrebunt ab utili aut a uera *praeter* ab *prius in rasura A* 5 ſtultae *B* arrogantem (*sic*) *Heinsianus* abrogantem *AB* ut in ſe *praeter* e *in rasura A* 6 Inee* *H* mundo|quae *B* aut ut *AH* raut *omisso* ut *B* eaq; *B* eaquę|(uę *corr*) *A* ea que *H* 7 ingenii ra-tione moueri *ABH; supplementa* ratione comprehendat nulla *pri-mum* (*quod sciam*) *in Victoriana, non in Ascensiana, leguntur: in quibus duplex* ratione, *quae causa est defectus, et accommodatum huic sententiae et necessarium est, et recte* summa ratio *dicitur, confer de nat. deor.* 2, 44, 115 (2, 38, 97); *de off.* 2, 23, 83 summa ratio et sapientia boni ciuis; *et quod* summa ingenii ratione *po-situm est, potuit uel* summa excellentis ingenii ratione *uel simile poni, sed illud in eandem notionem accipitur, itaque ego tenui haec supplementa, nisi quod* comprehendantur *malui* 9 noctiūq; *H* noctumq; *B* noctiumque (um *in rasura*) *A* uicissitudinis *corr* neſ *AB* uicissitudineſ *H* mensiū* *ras corr ex* mensum *H* 10 eaq̄ *sed* q̄ *ras corr H* eaq; *corr* eaq̄; *B* que ea quę gignunt nob ad fruendū non gratum|*in rasura A* 11 nume-rari qui decet *deteriores* numerari|q; dec& *corr*|neq; dec& *B* nu-merari quedec& *praeter* numerari *in rasura A* numerari neq; de-

merari qui decet? quomque omnia, quae rationem habent, praestent iis, quae sint rationis expertia, nefasque sit dicere ullam rem praestare naturae omnium rerum, rationem inesse in ea confitendum est. utilis esse autem has opiniones quis neget, quom intellegat quam multa firmentur iure iurando, quantae saluti sint foederum religiones, quam multos diuini supplici metus a scelere reuocarit quamque sancta sit societas ciuium inter ipsos, diis inmortalibus interpositis tum iudicibus, *tum* testi-

---

c& *H* 1 quomque (quom *in rasura*) *A* cumq; *B* cůmq; *H* 2 praestent iis *unus Moseri, editiones* prȩſentıſ *A* p̄ſentıſ *B* prȩ|ſentıſ *sed* τıſ *in rasura* (*fuit fortasse* ſent ıſ) *H* que *A* sunt *Goerenzius et Baiterus*, [*sed cf. de rep.* 1, 2, 3 eos qui his urbibus consilio atque auctoritate praesunt, iis, qui omnis negotii publici expertes (tantum sapientes) sint, longe duco sapientia ipsa esse anteponendos, *ubi* tantum sapientes *ob sententiam addendum suspicor*, expertes sunt *Halmius et Baiterus, non Muellerus, quem uide; cf. ibid.* 1, 13, 19] rationeſ *corr* nıſ *A* expertia nefasque sit dicere *uulgo* expertıneᵉaſ quae ſıt dıcere *B* exptı ɴequeaſ**dıcere (ɴequeaſ**dıcere *in rasura*) *A* (*sic*) exptı ne eaſ quȩ ſıt dıcere *H* 3 preſtare *A* p̄parare *H* nature *H* re|rerum *B* 4 utılıſ *corr* utıleſ *A* eſſe* aut (t *erasum*) *H* 5 oppınıoneſ *H* qıſ *B* q̃mᶜᵘᵐ *B* cū* (*fuit ut uidetur* quō) *A* cům *H* 6 fırmētur (˜ *e corr*) *H* quaᴺtȩ *B* quaN̄ȩ (aN̄ȩ *in rasura*) *A* quante *H* saluti *Lambinus* ſalutıſ *ABH* foederū *corr* foederå *B* foedorū *corr* foedorå *A* fȩderum *H* 7 relıgıoneſ *H*, *corr* nıſ *A* relıgıonıſ *B* dıuını (ı *ultima in rasura corr*) *A* dıu ın *Heinsianus* ſupplıcı *A* ſupplıcıȷ *sed* ȷ *rec add B* ſupplıcıo *Heinsianus* ſcelere (ſ *in rasura*) *A* 9 ımmortalıb; *BH* ınt̃ poſıtıſ* (ſ *extremum in ras corr*) tum (t *ex* c) *H* tum *ante* testibus *add editiones, om ABH* testibus · habes *deteriores* teſtıb; hıſ7habeſ *A* teſtıb; ıſ7habeſ *B* teſtıbuſ hıſ·|habeſ *H*; ıſ *uel* hıſ *illud ex ultima syllaba uocis* testibus *ortum esse puto: certe* hic habes, *quod Halmio in mentem uenit, alienum est ab usu;* [*nec felicius alia coniecta sunt. immo ex hac scriptura* TESTIB·US habeſ *effectum* testibus iis, *uelut apud Lucretium* 6, 1240 POENIBAT *abiit in* Poenibus at *h. e.* POENIB·AT, *de quo genere Lachmannus ad Lu-*

bus. habes legis prohoemium; sic enim haec appellat Plato.

QVINTVS. Habeo uero, frater, et in hoc admodum 17
delector, quod in aliis rebus aliisque sententiis uersaris atque ille; nihil enim tam dissimile quam uel ea, quae ante dixisti, uel hoc ipsum de deis exordium: unum illud mihi uideris imitari, orationis genus.

MARCVS. Velle fortasse; quis enim id potest aut umquam poterit imitari? nam sententias interpretari perfacile est; quod quidem ego facerem, nisi plane esse uellem meus. quid enim negotii est eadem prope uerbis isdem conuersa dicere?

QVINTVS. Prorsus adsentior; uerum, ut modo tute dixisti, te esse malo tuum. sed iam exprome, si placet, istas leges de religione.

MARCVS. Expromam equidem, ut potero, et quoniam 18
et locus et sermo familiaris est, legum leges uoce proponam.

---

cretii 5, 1102] 1 legeſ *H*, *corr* ıſ *AB* prohomıum (o *corr in* e) *A* proemıum *B* (*sic*) ꝑhemıum *sed* he *in ras corr H* haec *ABH*, *idque cur deleatur aut in* hoc *mutetur causa nulla est: graece diceres* τὰ τοιαῦτα 4 uerſarı· *H* 5 adque (t *supra*) *A* eaq; *corr* eaꝗ; *A* ea que *H* 6 de diis *Bakius* deeıſ *AB* de eıſ *H* 7 ıllut *corr* ud *A* 8 uello *corr* uelle *B* unquam *H* 9 ıuterp̄tarı (p̄tarı *in rasura*) *A* ınt̃ pręτarı *H* 10 quıdem (e *in ras corr*) *H* 11 uł‿lem (*sic*, ł *e corr*) *H* eſt eadē prope *in rasura A* 12 ıſdem *H*, *corr* ȷıſdem *AB* 13 proſuſ (r *supra*) *A* prorſuſ *B* ꝑrſuſ *H* *aſſentıor (aſ *in rasura trium litterarum capaci*) *H* 14 ſed ıam *Heinsianus sed ut in* ıa *aliquid rasurae sit*; ſed &ıā *AB* exꝑme *corr ut sit* expme *et statim* exꝑmam *H* 15 ıſtaſ (ıſ *in rasura*) *A* de religione *deteriores* dar&|relıgıone (*h. e.* dar& *corr in* dare) *A* dar& relıgıone *B* dare|relıgıone *H* 16 expromā*equıdem (~ *a corr add et* e *ante* q *e corr*) *A* expromame quıdem *B*, *unde intelligitur correctionis ratio in A*, exꝑmam equıdem *H* 17 leges legum *Moserus*, leges *Halmio glossa uidetur, sed tamen ea*

QVINTVS. Quidnam id est?

MARCVS. Sunt certa legum uerba, Quinte, neque ita prisca, ut in ueteribus XII sacratisque legibus, et tamen, quo plus auctoritatis habeant, paulo antiquiora quam hic sermo est: eum morem igitur cum breuitate, si potuero, consequar. leges autem a me edentur non perfectae, nam esset infinitum, sed ipsae summae rerum atque sententiae.

8 QVINTVS. Ita uero necesse est; qua re audiamus.

19 MARCVS. 'Ad diuos adeunto caste, pietatem adhi-

---

ipsa re quod se excipiunt hae uoces (*et hoc ordine melius se excipiunt, quoniam* legum *maiorem uim habet*) *patefieri scriptoris consilium uidetur, quod sic fere possis exprimere uerbis:* expromam istas leges de religione et quidem quoniam sunt leges legum uoce eas proponam: *et sic saepius praeter necessitatem sed certa ratione aut res aut persona ante significata iterum designatur, uelut pro Sestio* 26, 57 rex amicus; *de orat.* 1, 38, 175 testamento exheres filius *post* miles, *de quibus nonnulli non recte iudicarunt, recte G. Sorofius; de diuin.* 1, 57, 129 sic animi hominum, cum aut somno soluti uacant corpore aut mente permoti per se ipsi libere incitati mouentur, cernunt ea, quae permixti cum corpore animi uidere non possunt, *ubi* animi *item puto praue deleri. confer Tusc.* 1, 28, 70; *de lege agraria* 2, 4, 9; *infra* 2, 19, 47 uoce *Heinsianus* uocem (uocē) *AB* 1 quidnam id est? Sunt *Victorius* quıdnā ınfit· Sed eıſ* ſunт (ıſ *in rasura*) *A* quıdnā ıne ſſ& (i, ſıт supra) ſunт (ſ& *corr in* ſed) *B* quıd nam ıneſſeт· (т *in ras corr*) ſunт *H*. *Cur Halmius* quidnam istuc est *maluerit, nescio; confer Brut.* 5, 20 2 quınтe *H* quıncтe *B* quınтe (тe *in rasura*) *A* 3 XII *Cuiacius* ex hıſ *BH* exiſſacraтıſq.|*** legıbuſ *A sed* ſſ *e corr; uidetur* exuſacr *fuisse;* q. *in fine uersus a corr add, initio insequentis litura, in qua* que *fuisse suspicor. Halmius aberrauit* 4 quo *corr ex* qđ *A* quod *Heinsianus* aucтorıтıſ (тa supra) *A* 5 com**** morem| *A sed et* com, *correctum in* eom, *et* morem *in loco raso* 6 poтuero *H* poтuero *A* poтero *B* legıſ *corr* eſ *AB* legeſ *H* edenтur *H* edenтĕr *AB* 7 ıpſe ſumme *H* 10 aderunтo caſтae pı&aтē habeunтo *B* adeř caſтe pıeтaтem abeunтo *H* ade]unтo caſтe pı&aтē ad|hıben[тo *praeter syllabas seclusas in rasura A, quem ne dubites ante lituram eadem tenuisse, quae legun-*

bento, opes amouento. qui secus faxit, deus ipse uindex erit.

Separatim nemo habessit deos neue nouos neue aduenas nisi publice adscitos; priuatim colunto quos rite a patribus

Delubra habento: lucos in agris habento et Larum sedes. ritus familiae patrumque seruanto.

Diuos et eos, qui caelestes semper habiti, colunto, et ollos, quos endo caelo merita locauerint, Herculem,

---

MARCVS. Egone? diuinationem, quam Graeci *μαντικήν* appellant, esse sentio et huius hanc ipsam partem, quae est in auibus ceterisque signis, quod disciplinae nostrae. si enim deos esse concedimus eorumque mente mundum regi et eosdem hominum consulere generi et posse nobis signa rerum futurarum ostendere, non uideo
cur esse diuinationem negem. sunt autem ea, quae 33
posui: ex quibus id, quod uolumus, efficitur et cogitur. iam uero permultorum exemplorum et nostra est

---

1 dıuınarı (rı *in rasura*) *A* dıuınarı *BH* uıdeantur *BH* uıdeatur (n *pr superscr*) *A* ac τu *B* ac τu *AH* 2 quıd *corr ut uidetur ex* quın *A* quıd (d *ras corr ex* n) *H* 3 ego dedıuınatıonē *H* grecı *BH* mantıcen *ABH* mantıceN | *** appellant (ceN *a corr in marg add, uidetur* mantı|cen appellant *fuisse*) *A* 5 ın ṇauıb; *B* cęterıſq; *H* ceterıſquạe *A* quod dıſcıplıne *H* qđ dıſcıplınae *B* quo (*sed* o *in rasura*) dıſcıplınę *A*: *fuit* (*nam erraui olim*) quđ, *cf. p.* 45, 7; 91, 4; 2, 19, 47; *et ad* auibus ceterisque signis *non erat quod adderetur: cf. de diu.* 2, 33, 70 auium reliquorumue signorum obseruạtione; *Plato Phaedr.* 244 c ζήτησιν τοῦ μέλλοντος διά τε ὀρνίθων καὶ τῶν ἄλλων σημείων. *addit autem* quod disciplinae nostrae (*sc.* est) *ut ratio concludatur: quippe quaestio erat augurumne disciplina diuinari posset: respondet, et diuinationem esse et huius hoc ipsum quod est in auibus reliquisque signis partem* (*siue speciem*) *esse: id autem esse disciplinae augurum. de* quod *cf.* 1, 16, 45 6 si enim deos *Maduigius* (*Opp.* 2, 150) ſummuſ *H*, *corr* ſummoſ *AB* eorumquạe *A* mente *deteriores* mentē *ABH* 7 eosdem hominum *Dauisius* eorumdē homınū *A* eorūdem homınū *B* corun|dem homınum *H*; eorum numen hominum *Schoemannus Halmio et Baitero probauit, sed eorundem ex* eosdem *uicinia genetiui* hominum *procreauit et eundem orationis formam uide* 2, 7, 15 dominos esse omnium rerum ac moderatores deos eaque quae gerantur eorum geri iudicio ac numine eosdemque optime de genere hominum mereri. *de diuin.* 1, 51, 117 esse deos et eorum prouidentia mundum administrari eosdemque consulere rebus humanis. 9 eſſe* (*fuit* eſſeſ) *B* negē* ſunt (ſ *e corr*) *A*, *fuitne* negem *h. e.* negemus? ſunt*

plena res publica et omnia regna omnesque populi cunctaeque gentes, augurum praedictis multa incredibiliter uera cecidisse. neque enim Polyidi neque Melampodis neque Mopsi neque Amphiarai neque Calchantis neque Heleni tantum nomen fuisset, neque tot nationes id ad hoc tempus retinuissent, ut Phrygum, Lycaonum, Cilicum maximeque Pisidarum, nisi uetustas ea certa esse docuisset. nec uero Romulus noster auspicato urbem condidisset, neque Atti Naui nomen memoria floreret tam diu, nisi omnes hi multa ad ueritatem admirabilia

---

aũ *H* 1 ∗plena | ·R·P· (·R· *in margine ad uersum appictum, fuit fortasse* ·R· plena | ·P·) *H* omnıſq; *corr* neſq; *B* om̄ſque *AH* cuncτeq; *H* 2 ex augurum *uir doctus in Miscell. Obs.* 3, 1 *p.* 68 pre|dıcτ∗ıſ (*uidetur* τuſ *fuisse*) *H* multa *superscriptum B* 3 neque enım polıdeıp *A* neq; ụ poly|ıdeıp· *B* neq; enī polıde ıp | *H* Polyidi *Turnebus* melampodıſ *H* melanpodıſ *AB* 4 mo∗pſı (*fuit* moıpſı) *B* ᵐopſı *H* amphıara *corr* raı *A* chal|canτıſ *B* cal∗chanτıſ (l *corr*) *A* caṇchanτıſ (l *superscr.*) *H* 5 helıτanτū (enı *superscr.*) (enı *uel* anı, *nam obscurum est, superscriptum*) *A* heleṇnıτan τū *B* elenı τanτum *H* 6 ut Phrygum *scripsi* adpary cum *B* ap̊parıgum *sed* p *prior in rasura corr A* (*errat Halmius*) ad parıgum *H*; [*apparet* parıgum *uel* parygum, *quae primitiua scriptura fuit, pro* phrıgum *uel* phrygum *scriptum esse, uelut Plauti Truc.* 2, 6, 55 ex parı gra, *h. e.* ex phrıgıa, *exaratum est in Vet. codice: ex* ad *quod superest cum* ut *efficio, leni mutatione orationem nanciscor aptam et similem illi pro Balbo* 13, 31 ex ceteris regionibus gentes uniuersae in ciuitatem sunt receptae, ut Sabinorum Volscorum Hernicorum (*cf. de off.* 1, 42, 150). Arabum Phrygum, *quod ante uulgabatur neque nunc destituitur, nec fidem habet ullam neque probabilitatem a scriptura;* Arabum *autem commemoratio minime desiderabatur* (*cf. de diu.* 1, 15, 25; 2, 38, 80)] lygaonū *A* lychaonū *B* lıchaonū *H* cylıcum *H* 7 maxımeq; (*fuit* mẹq;) *B* maxıme quạe *A* maxıme que (*sic*) *H* pyſıdarum *ABH* certa *deteriores* cerτe *A* cerτe *BH* e& *h. e.* esset *corr in* ẽẽ *h. e.* esse *AB* ee∗ *H* 9 condıſſ& *B* florere *H* florereτ| (τ *a corr add*) *A* 10 tandıu *AH* nıſı (nı *in rasura*) *B* omnes hi *deteriores* om̄ſ

dixissent. sed dubium non est quin haec disciplina et ars augurum euanuerit iam et uetustate et neglegentia: ita neque illi adsentior, qui hanc scientiam negat umquam in nostro collegio fuisse, neque illi, qui esse etiam nunc putat; quae mihi uidetur apud maiores fuisse duplex, ut ad rei publicae tempus non numquam, ad agendi consilium saepissime pertineret.

Atticvs. Credo hercle ita esse istique rationi po- 34
tissimum adsentior; sed redde cetera.

Marcvs. Reddam uero et id, si potero, breui: se- 14
quitur enim de iure belli; in quo et suscipiendo et gerendo et deponendo ius ut plurimum ualeret et fides eorumque ut publici interpretes essent, lege sanximus. iam de aruspicum religione, de expiationibus et procurationibus sat esse plane in ipsa lege dictum puto.

ſı *AB* nıſıo ſımulτa *H* admırabılı *H* 1 ſedubıum (d *superscr*) *H* 2 agurum (u *superscr*) *A* neglenτıa *A* neclenτıa (ge *superscr*; c *corr in* g) *H* 3 assentior *deteriores* adſenτıo *ABH*, *conf. u.* 9 *unquam (nūquam *fuit si recte interpretor*) *H* 4 eſſe* & ıam (*corr ut sit* eτıam) *H* 5 puτaτ *corr ex* puτa *A* puτa (τ *superscr*) *H* puτa q̃; (τ *superscr*) *B* (*h. e.* puτaque *corr in* puτaτ quae) 6 nonnumquam *AH* n̄ numq̧ *B* (*Halmius errat*) 7 ad agendi *Victorius* &agendı *ABH* ſepıſſıme *H* 8 ıſτıquae *A* ıſτıque (*sic*) *H* 10 ıdſı *ras corr ex* ıpſı *Heinsianus* ıpſı (ıp *erasum*) *B* **ſı (*fuit* ıpſı) *A* 12 & (*pr superscr*) fıdeſ *Heinsianus* uτ fıdeſ *AB* 13 eorumque *Maduigius* (*Opp.* 2, 149) forumque *ABH* horumque *olim uulgabatur* ınτ̃ pręτeſ *H* ẽẽN̄ (N̄ *e corr*) *A* lege* ſanxımuſ (*fuit* legeſ) *A* 14 arupıſcum *A* relegıone *B* regıone (lı *superscr*) *A* regıone *H* ꝓcubaτıonıb; (r *superscr*) *B* ꝓcubaτıonıb; *H* 15 sat esse plane *Hauptius* ſaτıſ | ſe ıllane *B* ſaτıſſe ıllane (ſupraque *superscr*) *A* ſaτıſ ẽẽ ılla ne *sed* ẽẽ *ras ex* ſe *corr H* [*De Hauptii coniectura iniuria nuper dubitatum est; confer, si tanti est, ad Att.* 15, 12, 1 de nostris Antiatibus satis uidebar plane scripsisse; *ad fam.* 2, 15, 5 parum ad me plane scripseras; *ad Att.* 12, 38, 2; *de fin.* 2, 31, 100; *neque* satis *probabilius quam* sat *scribitur, cf. de diu.* 2, 50, 104 tantum sat est intelligi; *de nat. deor.* 3, 4, 9.] ıpſa *corr ex* ılla *A*

Atticvs. Adsentior, quoniam omnis haec in religione uersatur oratio.

Marcvs. At uero quod sequitur quo modo aut tu adsentiare *aut* ego reprehendam sane quaero, Tite.

35 Atticvs. Quid tandem id est?

Marcvs. De nocturnis sacrificiis mulierum.

Atticvs. Ego uero adsentior, excepto praesertim in ipsa lege sollemni sacrificio ac publico.

Marcvs. Quid ergo aget Iacchus Eumolpidaeque nostri et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? non enim populo Romano sed omnibus bonis firmisque populis leges damus.

36 Atticvs. Excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati sumus.

Marcvs. Ego uero excipiam: nam mihi cum multa eximia diuinaque uidentur Athenae tuae peperisse atque in uitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique uita exculti ad humanitatem et mitigati sumus initiaque ut appellantur ita re uera principia uitae cognouimus neque so-

---

1 haec *deteriores* hac *ABH* 3 ad *AB* at *H* quod *deteriores* quoque (quoq;) *ABH* 4 assentiare aut *editiones* adſentire *omisso* aut *AB* aut ſentire *H* rej prehendam (j *deletum*) *H* quero *AH* 7 excepto *Turnebus, R Stephanus* expectato *ABH* preſertim *AB* inpſa *B* 8 ſolemni *AB* ſollempni *H* ſacraficio *corr* ſacri *A* ſacrifitio *corr* ci *B* 9 eumol phidę quę (*sic*) *Heinsianus* *eumolphideque *A* eũ olphy deq; *B* 10 angufta *B* miſteria *H* ſid quidem *Heinsianus* id quidē *B* *idquidem (ſ *erasum*) *A* 11 ·R·P· *H* 13 iniciati *B*, (ci *corr in* ti) *AH* 16 eximia adiuinaq; *B* uideantur *deteriores nonnulli, probatum Wesenbergio, Emend. alt. in Cic. epist. p.* 48 atthenae tuae *B* athenæ tuę* (æ *corr*, t *in rasura*) *A* athena tuę *H* 17 uitam *deteriores, Lambinus* uita *ABH* attu*liſſe (*fuit* ll) *A* adtuliſſe *B* attuliſſe *H* cum (*corr* t) *H* 18 miſteriſ *AH* 19 & mitigati *corr in* emitigati *AB* & mitigati (g *ex* c) *H* iniciaque *A* apellantur *A* apellantur *H*

lum cum laetitia uiuendi rationem accepimus sed etiam cum spe meliore moriendi. quid autem mihi displiceat in nocturnis, poëtae indicant comici; qua licentia Romae data quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne inprudentiam quidem oculorum adici fas fuit?

Atticvs. Tu uero istam Romae legem rogato: nobis nostras ne ademeris.

Marcvs. Ad nostra igitur reuertor: quibus profec- 15
to diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam 37
multorum oculis lux clara custodiat, initienturque eo ritu Cereri quo Romae initiantur; quo in genere seueritatem maiorum senatus uetus auctoritas de Bacchanalibus et consulum exercitu adhibito quaestio animaduersio*que* declarat. atque omnia nocturna, ne nos

---

1 letitia uiuendi (*ex* iuu) *H* 2 meliore (ore *in rasura*) *A* quid *editiones* qui *ABH* 3 in nocturnis *R. Stephanus* innocentes *ABH*; *error natus uidetur ex scriptura* innoctnis, *quo modo* noct|nū *de diu.* 2, 26, 56 *est in B*, diutna *p.* 3, 6 *in H* comici (ci *in rasura*) *A*; [*De re cf. Caecil. u.* 224 *Ribb.* per mysteria hic inhoneste grauidauit probro. *Plaut. Aulul. prol.* 36 illam stuprauit noctu Cereris uigiliis; *ibid.* 4, 10, 65; *Gell.* 2, 23, 15 (*in argum. Plocii Menandri*) filia hominis pauperis in peruigilio uitiata est. *Meinek. Com. Graec.* 4, *p.* 192. *Bernays. Epist. Heracl. p.* 70] 4 illi *H*, *corr* ille *A* qui IN *A* qui ĩ (ĩ *in ras corr*) *H* 5 quo ne] quoq; *H* 6 adici fas *ex deterioribus uulgatur* adiciaſ *AB* adatiaſ *H* 7 |iſtam (i *e margine ad uersum appictum*) *H* romæ* (æ *corr ex* a) *A* rogato *editiones* rogatio *ABH* 8 ade meritiſ *H* 9 nostras *ex deterioribus nonnullis Goerenzius* pfecto *B* 10 diligentiſſimae *B* ſanctiendum *B* 11 clara (c *superscr.*) *B* (*uidetur in A quoque* dara *esse, non in H*) inicientur que *A* coritu *corr* eo *AB* q̊* ritum (q̊ *in ras corr ex* co) *H* 12 ini|ciantur *A* quo* in (*fuit* quod) *A* 13 ſanatuſ *B* uetus *editiones* ueiuſ *B* ucjuſ (*sed* j *e corr*) *A* ueiuſ (*correctio quae fuit erasa*) *H* bachanalib; *BH* 14 adibito *B* adhibitu *A sed* u *corr in* o *uel* a queſtio *H* animaduerſio *ABH* animaduersioque *editiones praeter Baiteri omnes, quem sane miror propter*

duriores forte uideamur, in media Graecia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit; nouos uero deos et in his colendis nocturnas peruigilationes sic Aristophanes, facetissumus poëta ueteris comoediae, uexat, ut aput eum Sabazius et quidam alii dei peregrini iudicati e ciuitate eiciantur.

Publicus autem sacerdos inprudentiam consilio expiatam metu liberet, audaciammet inmitendas religionibus foedas damnet atque impiam iudicet.

---

desideratam particulam que, *quam totiens in his libris intercidisse per errorem uidemus, potuisse uocabulum* animaduersio *et aptissimum et paene necessarium obelo notare*, [*confer Liuium* 42, 21, 5 qui eam rem quaereret animaduerteretque; 40, 53, 6 quaerere et animaduertere; *eundem* (*de Bacchanalibus oppressis*) 39, 18]

1 graetıa *B* grecıa *H* dıgon-daſ (*sic*) *H* 2 perpetuā *A* ppetuam *H* 3 ſıccarıſtophaneſ *H* 4 facetıſ ſumuſ *B* facetıſſımuſ *A* facetıſſımuſ (tı *a corr*) *H* po&aſ (ſ *erasum*) *B* poeta* *A* poetaſ *H* cūmae|dıę *corr* cōmoe *B* comę*dae (o *et* ę *corr*) *A* cŭm-ędıę (u *in* o *corr, sic*) *H* uexat *B* (*sic*) ue|xat *in rasura A* uıxat' *H* 5 uıta‿puteum *B* apud *AH* Sabazius *Victorius* ſabacıuſ *AB* ſabęjuſ *H* quıdem *B* dii peregrini *C. Stephanus* deperegrını *AH* deperegrını *B* 6 ıu|dıcat ſc cıuıtatę eıcıantur *B* ıudıcatı e cıuıtate eıcıant̃ (*praeter* ıudıcat *in rasura*) *A* ıudıcatı ęcı|uıtate ejcıantur *H*; [peregrini iudicati, *h. e.* ξενίας διωκόμενοι *siue* ἁλισκόμενοι] 8 audatıamınet ınmıtendaſ relıgıonıbuſ foedaſ *A* audacıāın& ınmıttendıſ | relıgıonıb; foedaſ *B* audacıam metı mıtendaſ relıgıonıbus fędaſ *H* audaciam in admittendis religionibus foedis *ex deterioribus uulgatur*, [*sed* admittere *siue quod aliis placuit* immittere religiones *quid dicatur non intelligo; cumque* foedas *libri omnes*, inmitendas *A et H testentur, apparet non de admittendis* (*immittendis*) *religionibus foedis agi sed de audacia inmittendi res religionibus foedas; quare nomen desideratur, cui et illa uerbi forma et* foedas *adhaereat: atque hoc quod olim statui nunc quoque pro certo habeo: de emendatione ambigo: temptaui praeter cetera* audaciam (ad libid)ıneſ inmittendas religionibus foedas: *Clodiani enim incesti memor haec scribit Cicero, de quo p.* 116, 4 in sacrificium cogitatam libidinem intulit; *pro Milon.* 32, 87 polluerat stupro sanctissimas religiones.] 9 damn&|atq· (n& *in rasura*, atq· *in margine*

Iam ludi publici quoniam sunt cauea circoque diuisi, sint corporum certationes cursu et pugillatu et luctatione, curriculisque equorum usque ad certam uictoriam circo constitutis cauea cantu uigeat fidibus et tibiis, dum modo ea moderata sint, ut lege praescri- 38

---

uersui appictum) *A* olamaτq; (*sic*) *H* 1 cιrcaq; *H* dιuιſι·ſιN̄ (ι·ſιN̄ *in rasura*) *A* 2 pugillatu et luctatione *scripsi* pugιlla[τιο] uelucτaτιone (τιo *a corr superscriptum et* ue *corr in* ne) *AB* (*sic*), pugιlla ue[l]luc|τaτιone *H; unde unum* pugillatione *effecit Halmius eo artificio usus quod criticis perplacet, ut ex* pugιlla[uel lucτa]τιone *librorum scripturam ortam esse censeret: sed ne dicam superscriptae notae causam non apparere, corporum certationis tria genera fuerunt, quae Graeci dicunt* δρόμον, πυκτικήν, παλαιστικήν: *cf. Dionysius Halic.* 7, 73 *p.* 1499 οἱ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν ἀγωνιζόμενοι τότ' εἰσήεσαν, δρομεῖς τε καὶ πύκται καὶ παλαισταί, *et Aristoteles* (*Rhet.* 1, 5, 1361 *b* 24) ἀγωνιστικὴν σώματος ἀρετὴν *declarans prae ceteris enumerat* δρομικὸν παλαιστικὸν πυκτικόν; *Plautus quoque* (*Bacch.* 3, 3, 24) *inter plura haec* cursu luctando pugillatu (*sic*) *composuit; Quintilianus Inst. or.* 2, 8, 7 palaestricus ille (magister) cursorem faciet aut pugilem aut luctatorem. *neque magno negotio ex* pugillaueluctatione *opinor efficitur* pugillatu et luctatione, *cum praesertim* et *etiam alibi* e *scribatur in libris* (*Acad. p.* 49, 17); pugillatu uel luctatione *Hoffmannus nuper. ceterum* pugilatus *quod sciam, non* pugilatio, *dicitur latine:* pugillatus *sic scriptum cum hoc loco et in Bacch. tum Captiu.* 4, 2, 12 *extat in libris.* 3 cuꝛ[r]ιculιſque *A* ąequorum *B* 4 caṛ[N]tu *B* uigeat *Em. Hoffmannus* (*in Fleckeiseni ann.* 1878 p. 718) uιce aḍ[c] *B* uιce|ac *sed* c *ultima in rasura A* uι[g]ceaτ *Heinsianus; uulgabatur* uoce ac, *quod nihili esse et uerbum desiderari recte olim scripsi uimque sententiae quam nemo superiorum perspexerat declaraui, sed in emendando* (uideat) *aberraui, quod facilius erat reprehendere* (*ut eos maxime decebat qui nihil ipsi probabile reperire possunt*) *quam uiam inueniendi ueri monstrare. Hoffmanni coniecturam, quod postea cognitum est, corrector Heinsiani occupauit. de reliqua oratione dubito an integra sit: ad meam pristinam opinionem ablatiuum absolutum restituentis accedens Hoffmannus* [sint] corporum certatione . . circo constitutis, cauea; *Mommsenus, item Urlichsius* sine corporum certatione . . constitutis cauea, *quod legis formula commendari uidetur* fιdelιbuſ *corr* fιdιbuſ *B* 5 τybι[ſſ] (b *corr ex* p) *A* τybιιſ *H* dȯm modo *A* mudera[τa] (mu *corr in* mo) *A* lege (g *in*

bitur. adsentior enim Platoni nihil tam facile in animos teneros atque molles influere quam uarios canendi sonos, quorum dici uix potest quanta sit uis in utramque partem: namque et incitat languentes et languefacit excitatos et tum remittit animos, tum contrahit. ciuitatumque hoc multarum in Graecia interfuit, antiquom uocum conseruare modum; quarum mores lapsi ad *mollitiam* mollitis pariter sunt inmutati cum canti-

---

rasura) *B* 1 facılı (*sic*) *superscriptum A* facı le *H* 2 *tene*|roſ (e *in fine uersus corr*) *A* τenτeroſ *corr in* τeneroſ *H* moleſ (l) *B* ınfuere (ı) *A* ınfluụere *H* *Nonius p.* 347, 9 molle, dulce, iucundum . . . M. Tullius de Legibus lib. II 'in animos teneros atque mollis influere, quam uarios canendi somnos.' 3 dıı (c) *AH* uıſı nuτrāq; *corr* uıſ* ȷnuτrāq; *B* 4 languefacıτ (l *corr*) *A* [*Possis* langue facit, *ut accuratius inter se* incitat languentes et langue facit excitatos *respondeant: sed nec hoc necessarium duco neque Senecam Hauptio assentior* (*Opp.* 3, 357) uos domus formosa insolentes, uos opes obstupe faciunt *maluisse quam* obstupefaciunt, *ex composito ut* facit *ad* insolentes *traheretur, uelut Propertius* 2, 13, 37 nec minus haec nostri notescet fama sepulcri Quam fuerant Phthii busta cruenta uiri *ad* fuerant *ex* notescet *audiri* nota *uoluit: similia graeca uide ad Aristotelis poet.* 4, 1448 *b* 37; 1449 *a* 4. *Ceterum* incitat *et* languefacit *ad* uim *referuntur, non quod expectaueris ad* canendi sonos; *similiter et insolentius fortasse p.* 64, 11 cuius praecepti tanta uis et tanta sententia est ut ea (*expectes* id) non homini sed Delphico deo tribueretur.] 5 excıτa|τaτoſ *B* τū remıττıτ (τ *in* τū *e corr*) *AB* eum remıτ (*sic*) *Heinsianus* τum (τ *ex* c) *H* conτraıτ *H* 6 cıuıτaτū|quạe *A* cıcıuıτaτū quạe *B* cıuıτa|τum quę *sed* ⁊ *deletum H* mulτoꝝ *corr* aꝝ *B* grẹτıa *A* greτıa *B* grecıa *H* anτıquom *A* anτıquū *B* anτıcum *H* 7 **uocū *in rasura A* conſerua (re) modū *AB* (conſerua *etiam Heinsianus*) conseruari *Bakius, quod cur illi, quod uulgatur, praeferam cum Halmio et Baitero, nescio* lapſı *corr ex* lauſı *B* ad (mollitiam) mollitis *scripsi* ad mollıτıſ *B* ad (a, τ) mollıτıſ *Heinsianus* ad mollıτıaſ* (ıaſ *corr*) *A*; [mollitis *in communi fonte fuisse librorum indicia coarguunt: quod ut sententia attendenti persuadet cum* cantibus *coniunctum fuisse, ita satis leuiter mutatur in* mollitias *cum codicum correctoribus, cum praesertim* mollitiam *Ci-*

bus, aut hac dulcedine corruptelaque deprauati, ut quidam putant, aut cum seueritas eorum ob alia uitia cecidisset, tum fuit in auribus animisque mutatis etiam huic mutationi locus. quam ob rem ille quidem sapien- 39
tissimus Graeciae uir longeque doctissimus ualde hanc labem ueretur; negat enim mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum. ego autem nec tam ualde id timendum nec plane contemnendum puto. illud quidem *uideo*, quae solebant quondam conpleri seueritate iucunda Liuianis et Naeuianis modis, nunc

---

cero saepe, mollitias *quod sciam nusquam appellauerit. addito autem ut* ad *suum nomen nanciscatur* mollitiam *ante* mollitis *et memoriae librorum plene satis fit et sententia, lenocinante positu paulo insolentiore uocabulorum, insigniter adiuuatur; in eo enim neruus argumentationis est, quod pariter (h. e. simul: praue enim id quoque negatur) cum mollitis cantibus mores ad mollitiam lapsi immutati dicuntur; denique quidquid abundantiae est in illa oratione,* lapsi ad mollitiam immutati sunt, *consuetudine firmatur:* blandimenta quibus sopita uirtus conniueret interdum *pro Cael.* 17, 41; de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt *de off.* 1, 22, 77; ne uarietate et dissimilitudine rerum deductus animus in errorem deferatur *de inu.* 2, 36, 109; animal cum ex utero elapsum excidit *de nat. deor.* 2, 51, 128; *alia multa*]
ınmuτατı *BH* ımmuτατı *A* 1 corrupτela quae *A* corrupτela quę *sed* ? *deletum H* 2 corum *corr* eorum *A* quo*z* (e *supra*) *B* quorum (dā *supra*) *H* ab (d *supra*) *H; (utraque scriptura prodit quibus mendis scriba Heinsiani corrigendo in errores deducatur)* uıcıa *B* 3 τum *corr ex* cum *AH* anımıſ *om* que *H* 3 muτατıſ (ıſ *corr ex* oſ) *A* 5 grecıę *H* docτıſımuſ (ſ *supra*) *A* 6 maτurı *H, corr* muτarı *A* poſſem poſſe* muſıcaſ *B* legeſ ſıne *corr ex* leceſſem *A* leceſ ſenı *H* 7 muτaτıone* *A* le*gum (g *ex* c *corr ut uidetur*) *A* lex|cum *H* publıcarum (u *extrema corr*) *A* publıcam rem *H* 8 ıd *A* hıc *corr in* ıd *B* ındumendum *si recte interpretor corr ut sit* ıdτımendum *H* conτempnendum *B* 9 uideo *addidi* quon*dā (*fuit* quomdā) *A* quodā (n *supra*) *H* 10 ſeuerıτaτem *AH* ıucunda (u *prior in rasura corr*) *A* ıocunda *H* neuıanıſ *B* neuıanſ (ı *supra*) *A* neuıanſ *H* nunc ut eadem exultent, ceruices *deteriores nonnulli, Victorius* nunc τuτe adem exulτ& ceruıceſ *AH* nuncτuτe

ut eadem exultent et ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. grauiter olim ista uindicabat uetus illa Graecia, longe prouidens quam sensim pernicies inlapsa ciuium animos malis studiis malisque doctrinis repente totas ciuitates euerteret, si quidem illa seuera Lacedaemo neruos iussit, quo plures quam septem haberet, in Timothei fidibus incidi.

16 Deinceps in lege est, ut de ritibus patriis colantur
40 optumi: de quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, oraclum editum est ‘eas quae essent in more maiorum.’ quo cum iterum uenissent maiorumque morem dixissent saepe esse mutatum quaesissentque, quem morem potissimum sequerentur e uariis, respondit ‘optumum.’ et profecto

ademe exult& ceruicef *B* 1 et *ante* ceruices *addidit Halmius, sed is quidem in hac scriptura* exultant et ceruices . . torquent oculofquąe *A* 2 fluxi|onib; *H* fluxionibuf *corr* flex *A* torqueant *BH* torque*ant *A* 3 grecia *H* gretia *B* fenfiṇ (m) *B* acenfī *H* 4 in ciuium *Lambinus*, ciuium in *Goerenzius*, *confer Maduigium Emend. p.* 74 mali*f (*fuit* maluf) *A* malifrudiif *H* 6 lacedemo *corr* dę *A* lace demoueri (n) ue (re) iuffit (*sic*) *H* quos *Dauisius* quo *uindicauit Maduigius Emend. p.* 74, *uituperauit Muellerus* (*Philol.* 19, 629) 7 incidi *Manutius* indi *A in rasura*, *B* indide (e) incepf *H* (*falsa specie inductus corrector*) 8 in lige ē ut deritib; *corr* lege *et* diritib; (*sic*) *B* inlige eft ut de ritibuf (lege *corr*, eft ut de r *in rasura*) *A* in lige (e) eft ut | diritibuf *H* pariif (t) *B* patriif *A* patrif *H* 9 optumi *H* optū|mi *corr* optū|ma *B* optumi *corr* ma *A* *Confer* 2, 9, 22 Ex patriis ritibus optuma colunto de quo cūque *A* de quocumq; *BH* apolinem (l) phytium *B* pyphium *H* 10 relegionef *A* relegionef (i) *B* religionef *H* tenereNT (NT *in rasura*) *A* oraculū *B* 11 eafq; ēnt *sed corr* eafq; (uę) ēnt *H* effentimo|re (N) *B* in*more (ē) (*fuit* im) *A* 12 morū *corr* morē *B* morem (re *e corr*) *A* mortem *H* fępę *H* 13 quefiffentq; *H* 14 fequerentu|re uariif *corr in* fequerentur|*e uariif *A* fequerentur euariif *praeter* ariif *in*

ita est, ut id habendum sit antiquissimum et deo proximum, quod sit optumum.

Stipem sustulimus nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idaeae Matris excepimus; implet enim superstitione animos et exhaurit domus.

Sacrilego poena est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum; quod et 41
nunc multis fit in fanis, *et* Alexander in Cilicia deposuisse apud Solensis in delubro pecuniam dicitur et Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae, ciuis egregius, quom rebus timeret suis, filiarum dotis credidisse.

Iam de periuriis, de incesto nihil sane hoc quidem loco disputandum est.

---

rasura H respondit *om H* 1 et deo *deteriores* &eo *ABH* 2 optumum (optumū) *AB* (*sic*) optimum *H* 3 ad paucos *deteriores et editiones* apud paucoſ *BH* aput (*corr* apud) paucoſ *A* propria‿meae (*sic*) *B* propria meę *H* propria meae *corr* propriā ıdeae *A* 4 ſupſticione *A* ſupſtitionem *H* 5 animoſ & exha *in rasura A* exaurit *H* domuſ *AH* domoſ *B* *Seruius in Verg. Aen.* 6, 611 Cicero ait in libris legum 'stipem prohibeo, nam auget superstitionem et exhaurit domos.' dignis igitur largiendum est. *haec postrema* dignis igitur largiendum est *Seruii, non Ciceronis esse, totius adnotationis tenor declarat* 6 pęna *H* poena est, *cf.* 2, 26, 64 7 ſ& *corr in* ſed *H* sacro *deteriores* ſacrum *ABH* [quod, *scilicet* ut sacro quid commendetur: *explicat enim quod in lege posuerat* sacro commendatum. *de quo more cum alii tum Ussingius ad Plauti Bacch.* 305 *exposuit; cf. Bernaysii librum de epist. Heraclit. p.* 107] 8 in *om H* et *addidit Maduigius Emend. p.* 75 depoſuiſſ& *ABH, sed in AH mutatum in* depoſuiſſe 9 Solenses *Vrsinus* ſoleſit *B* ſolēſit (‾ *super* e *a corr add*) *A* sole|ſit *sed corr* ſimt *H* peccuniam *H* ethathinienſiſ clitenеſ *B* 10 cliſteneſ *AH* iunoniſ amiæ (æ *corr ex* a) *B* iunoni ſamię (ſ *corr*) *A* iunoniſ|amię *H* cjujſ egregiſ (cjujſ *corr ex* cuuſ *ut uidetur*) *B* 11 quo (c m) *B* cum *A* cum (quō) *H* robuſ *H* *ſuiſ (ſu *in rasura*) *A* do*tiſ (*corr* teſ, *fuit* doctiſ) *A* dotiſ *H*, *corr* doteſ *B* credidisse. Iam *Maduigius* (*Opp.* 2, 150) credidit; ſed iam (iā) *AH* credidit|ſede iā (*corr* ſed & iā, *dein* & *deletum*) *B* 12 per**iuriiſ (er *corr*) *A* peiuriiſ (r) *H*

Donis impii ne placare audeant deos, Platonem audiant, qui uetat dubitare, qua sit mente futurus deus, quom uir nemo bonus ab inprobo se donari uelit.

Diligentiam uotorum satis in lege dictum est * * ac uotis sponsio, qua obligamur deo. poena uero uiolatae religionis iustam recusationem non habet. quid ego hic sceleratorum utar exemplis, quorum plenae tragoediae?

---

1 ɪmpune placere audɪanт *H* placere *corr* placare *A* plaтo*nem (o *corr*) *A* plaтɪonē *H* 2 ueтanт *H* ueтaṇт *AB* quam *H* 3 quọ (c m) *B* cum *H* cū uɪr nemo *in rasura A* ɪmprobo *A* ɪmp̄bo *H* ɪnp̄bo *B* *Plato de legibus* 4, 716 *e* ἀκάθαρτος γὰρ τὴν ψυχὴν ὅ γε κακός, καθαρὸς δὲ ὁ ἐναντίος· παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτε ἄνδρα ἀγαθὸν οὔτε θεὸν ἔστιν ποτὲ τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι. μάτην οὖν περὶ θεοὺς ὁ πολύς ἐστι πόνος τοῖς ἀνοσίοις κτλ 3 4 uelɪт|**dɪl̓genтɪā *sed* ɪт *in fine uersus e corr A; fuit* uel|l& dɪl., *ut est in Heinsiano, unde apparet lituram nihil pertinere ad* dɪlɪgenтɪam *neque ea recte usum esse Halmium ad hanc uocem emendandam* 5 uoтɪſ *AB* uoтɪṣ *H* quå (*fuit* quā) *B* *Defectum orationis notaui, altera sententia fine, capite altera truncata;* [*proposueram exempli causa* diligentiam uotorum satis in lege dictum est (seruari oportere: grauissima enim ex omnibus promissis est) ac uotis sponsio qua obligamur deo; *ut* uotum *cum* promisso *coniunctum* (*cf. ad Att.* 12, 18, 1 uoto et promisso) *illa latiore significatione quae nota est positum esset, cum propria uis* uoti *definitione exhiberetur; id improbans Huschkius maluit* in lege dictum est (seruari oportere: quod enim promissum aeque sanctum est) ac uoti sponsio qua —: *in quo mihi rursus* uoti sponsio (*ut in Heinsiano correctum est*) *displicet, quoniam consulto Cicero* uoti *loco* sponsio qua obligamur deo, *h. e.* ὁρισμὸν ἀντὶ τοῦ ὀνόματος, *posuisse uidetur; ac praetulerim* diligentiam uotorum s. i. l. dictum est (seruari oportere, si quidem est) haec uoti uis, sponsio qua obligamur deo, *oratione conformata ut* 3, 19, 44 legis haec uis sit, scitum et iussum in omnis; *sed supplementa incerta sunt; satis sit hoc intelligi, illam definitionem adeo omnia complecti quibus diligentia uotorum commendari possit, nihil ut addi amplius necesse fuerit; et* obligandi *notio propria est in* uouendo; *quo minus cogitari de interpolatione debuit*] pęna uõ | (uõ *in margine ad uersum applicatum*) *H* uɪolaтe *AH* uɪolaтa *B* 6 quɪd ergo *B* 7 pla&racoedɪę *A*

quae ante oculos sunt, ea potius adtingam, etsi haec commemoratio uereor ne supra hominis fortunam esse uideatur, tamen, quoniam sermo mihi est apud uos, nihil reticebo uolamque hoc, quod loquar, diis inmortalibus gratum potius uideri quam graue. omnia tum 17 perditorum ciuium scelere discessu meo religionum iura 42 polluta sunt, uexati nostri Lares familiares, in eorum sedibus exaedificatum templum Licentiae, pulsus a delubris is, qui illa seruarat: circumspicite celeriter animo, nihil enim attinet quemquam nominari, qui sint rerum

---

plac&racoe|dıae *B* plac& ᵗraᵍcoedıę *H* sunt plenae tragoediae *Ascensiana* plenae tragoediae *Victorius* 1 queae *A* poeıuſ *B* adtıngam *corr* adtıngant *A* attıngant *BH* etsi haec *om H* 2 commemeratıo *A* comeratıo *H* uereor (eo *e corr*) *A* homıneſ *H*, *corr* nıſ *AB* 3 uıdeant̄ *B* sermo *om H* uos *Aemarus Ranconetus apud Turnebum* eoſ *ABH* 4 ratıcebo *H* r&ıcebo**||uolamque (uo *a corr add extra uersum*) *A* uolāquae *B* ınmortaleſ *corr* lıb; *B* ımmortalıbuſ *H* 5 tum] tu *H* (*sic*) graue hominibus. Cum perditorum — — 9 seruarat, circumspicite *Maduigius Opp.* 2, 151, *quae Halmius Baiterusque probarunt*, *equidem uera esse mihi persuadere non potui, qui primum* omnia religionum iura *nolim mutari* (*conf. de eadem re pro Sestio* 26, 56 legem, quae omnia iura religionum ... deleuit), *deinde apte inter se opponi putem* diis gratum potius quam graue, *si quidem Ciceroni uerendum erat, ne nimiae sui laudes, quibus deinceps utitur, non tam gratae diis quam iisdem graues et molestae* (ἐπαχθεῖς) *uiderentur; porro* tum *et explicatur quodam modo additis* discessu meo (*conf. in Pison.* 9, 21 itaque discessu tum meo) *et habet etiam in praemissis quo referatur, quibus meo quidem sensu satis significatum est*, *de quibus et rebus et temporibus dicturus sit* (*quo enim pertinet* haec commemoratio?): *denique fallor aut* circumspicite *quod* ἀσυνδέτως *adiungitur et rei et sententiae uel maxime conueniens est.*

6 dıſceſſum eorū legıonū *B* dıſceſſuᵗm eorum legıonum *H* dıſceſſumeo relegıonum *sed* re *in rasura A* 7 uexat ıñrı *B* famılıarıſ *corr* reſ *B* 8 exedıficatum *A* exadıficatum *B* puˡſuſ *ABH* 9 ıſ (ſ *e corr*) *A* cırcumſpı|cıte* celerıter (te *prius corr ex* ce) *A* cırcūſpıcıt eccelerıter *corr* cırcūſpıcıthęc-

exitus consecuti: nos qui illam custodem urbis omnibus ereptis nostris rebus ac perditis uiolari ab impiis passi non sumus eamque ex nostra domo in ipsius patris domum detulimus, iudicia senatus, Italiae, gentium denique omnium conseruatae patriae consecuti sumus; quo quid accidere potuit homini praeclarius? quorum scelere religiones tum prostratae adflictaeque sunt, partim ex illis distracti ac dissipati iacent, qui uero ex iis et horum scelerum principes fuerant et praeter ceteros in omni religione inpii, non solum uita *ignominia* cruciati atque dedecore uerum etiam sepultura et iustis exequiarum caruerunt.

---

celeriter *B* circumſpicit | & celerit̃ *H* 3 eamque *editiones* eam qui *ABH* 4 detuli modo (*sic*) *H* ſenatuſ (ſ *ultimum e corr*) *A* ita aliae *B* 5 conſeruate *H* 6 quo* *A* accedere *B* preclariuſ *A* quorum scelere *R. Stephanus* quoſſcelere *B* quoſſcelere *H* quoſcelere *A* 7 tum *corr ex* cum *H* poſtratę *A* poſtrate (*sic*) *H* ꝓſtrate *B* adflictę que *H* 8 distracti ac dissipati *R. Stephanus* diſtractę ad diſſipatę (ad *per rasuram mutatum in* ac) *A* diſtracte ad diſſipate *H* diſtractae ac diſputatae *sed corr* diſſipatae *B* qui* (*fuit* quid) *A* quid *BH* ex hiſ & horū *BH* ex hiſ&orꝫ *A* 9 fuerant *corr in* fuerunt *A* cęteroſ *H* 10 religione *corr* ni *A* inpii *A* impii *BH* uita cruciati *ABH; orationis formam hanc fuisse puto:* non solum uita (excesserunt conscientia) cruciati atque dedecore, uerum etiam sepultura . . caruerunt; [*in eandem sententiam nunc* ignominia *addidi* (*quod post* uita *facile negligi potuit; cf. de rep.* 5, 4, 6 ignominiam fugiunt ac dedecus), *ut* caruerunt *et ad* uita *et ad* sepultura *referretur* (*cf. ad Herenn.* 4, 22, 31 cum breui spatio non modo uiuere sed etiam sepeliri prohibuerunt); *quod eo facilius fieri potuisse uidetur quia carere, caruisse ad uim uerborum priuari, amittere accedit: cf. de inu.* 1, 55, 108 hostili in terra turpiter iacuit insepultus, a feris diu uexatus, communi quoque honore in morte caruit; *Seneca de uit. beat. c.* 14, 1 prima uirtus eat . . ii qui uoluptati tradidere principia, utroque caruere: uirtutem enim [una] amittunt. *Horatius sat.* 2, 3, 196 per quem tot iuuenes patrio caruere sepulcro.]
11 adq; *H* uerum (uer *in rasura*) *A* 12 exſequiarum *B* exſequiarum *sed* ſ *erasa A* exequiarum *H* caruerunt *dete-*

Qvintvs. Equidem ista agnosco, frater, et meritas 43
dis gratias ago, sed nimis saepe secus aliquanto uidemus euadere.

Marcvs. Non enim, Quinte, recte existimamus, quae poena diuina sit, sed opinionibus uulgi rapimur in errorem nec uera cernimus. morte aut dolore corporis aut luctu animi aut offensione iudicii hominum miserias ponderamus, quae fateor humana esse et multis bonis uiris accidisse: sceleris est poena tristis et praeter eos euentus, qui secuntur, per se ipsa maxima est. uidimus eos, qui, nisi odissent patriam, numquam inimici nobis fuissent, ardentis tum cupiditate, tum metu, tum conscientia, *quid*quid agerent, modo timentis, uicissim contemnentis religiones, iudicia, perrupta ab isdem corrup-

---

riores caruere; equidem *sed* ere; e *in rasura A* carũ·te·quidem *corr in* caru·ṭe·quidem (er, e *superscr.*) *B* carumtem quidem (ent, e *superscr.*) (*sed* ent *paulo obscurius*) *H; apparet* caruere *formam nullam habere fidem, sed* caruerunt *casu in* carunt *abiisse indeque nata esse menda et corrigendi tentamina.* 3 euader& *mutatum in* euadere *ABH* 4 quincte *B* quinçte *H* quin*te *A* 5 pęna *H* sed *Victorius* (*Cop. a*) *ad marginem editionis suae ex uno libro adnotauit, ex alio* et, *quod habet C. Stephanus;* nec *ABH* opinibus (nio *superscr.*) *A* oppinionibus *H* uulgi (i *in ras*) *A* 6 ueram *H* mortẽ *H* 9 accedisse *corr* accid *B* est *H* ẹṣṭ *A* &̣ (ſ *superscr.*) *B sed* ſ *superscriptum deinde erasum* pęna *H* preter *A* 10 quę *H* 11 nisi *in rasura A* insidi (ni·li *superscr.*) (*sic*) *Heinsianus* 12 ardentis (*corr* tes) tum *A* ardentis ịṇ (tũ *superscr.*) *B* ardent iustum *H* cupiditaṭum (te *superscr.*) m&u tũ *A* cupiditatum m& citum *H* 13 quidquid *Lambinus* quid *ABH* agerenteṣ *A* agerentes *BH* timentis . . contẽpnentes *AB* timentes . . contem nentes *H* 14 religionis *H*, *corr* es *A* iuditia *A* ab (a *e corr*) *A* hisdem *H* corruptela *Turnebus* corrupta *ABH* (*cf. Parad.* 6, 2, 46 corruptelam iudicii molientes. *De sententia uide pro Milone* 31, 86). [*Nihil uerius Turnebi coniectura, quam ex obliuione protractam restitueram; quam qui repudiant, ut uulgo, improbabilia excogitantes* (*nam nec* perrupta et corrupta *apte iunguntur neque alterum alterius interpretamentum esse de Halmii*

44 tela hominum, non deorum. reprimam iam, et non insequar longius, eoque minus, quo plus poenarum habeo quam petiui; tantum ponam breui, duplicem poenam esse diuinam, quod const[ar]et ex uexandis uiuorum animis et ea fama mortuorum, ut eorum exitium et iudicio uiuorum et gaudio conprobetur.

18 Agri autem ne consecrentur, Platoni prorsus adsen-
45 tior, qui, si modo interpretari potuero, his fere uerbis utitur: 'terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra deorum omnium est; quocirca ne quis iterum idem consecrato. aurum autem et argentum in urbibus et priuatim et in fanis inuidiosa res est. tum ebur ex inani cor-

---

aliorumque opinione credibile est; uim sententiae non perspexerunt: perruperunt illi quidem iudicia corruptela hominum: deos corrumpere non potuerunt, qui elapsos e iudicio tamen suo tempore et grauius ulti sunt.] 1 iam et non] iam me nec *R. Stephanus* iam me et non *Turnebus* iam me, non *Maduigius Opp.* 2, 153 2 minſ *A* quod *H* pęnarum *H* 3 petiui *editiones* petiuit *ABH* ponam erui *Turnebus* ponam breui *Lambinus* paenā merebi (pae *corr ex* poe) *B* poenā**erebi (¯ *super* a *a corr add*, er *in rasura*, b *ex* u *corr*) *A* pęna merui *H* poenam (paenā *B* pęnam *H*) eſſe *ABH* esse poenam *Halmius et Baiterus inuiti ut uidetur* 4 constet ex *Goerenzius* 1796 conſtar& ex *AB* coſtar& ex *H*; constat et ex *deteriores nonnulli* diuinam eamque constare et ex *Maduigius iusto audacius, ut mihi uidetur. Confer Tusc. disp.* 5, 15, 43 cum duplex ratio perturbationis sit, quod aegritudo ... uersetur 5 ea] ex *Lambinus* exiciū *B* extiū *H* iudicio *deteriores* iuditiorum *AB* iudiciorum *H* 6 et] ut *B* comꝓbetur *H* 7 conſecrantur *H* conſecrantur *B* conſecrentur (ſecren *in rasura*) *A* platoniſ *B* profuſ *A* ꝓſuſ *H* prorſuſ *B* 8 interpretari *A* ferre *B* fe*re *A* ferre *H* 9 utitur (utit̃) *sed* t *altera in rasura AB* utimur *Heinsianus* domiciliorum *H* domiciliōrum *A* domiciliū̃m rū *per rasuram mutatum in* domicilium *B* ſacrū *B* ſacrō *A* ſacro *H* domiciliorum, sacra *Turnebus* 10 quide *H* 11 autē* (tē *e corr*) *A* 12 ebur *corr ex* emur *A*, *in cuius margine antiqua manu* ebur *scriptum est*

pore extractum haud satis castum donum deo. iam aes atque ferrum duelli instrumenta, non fani. ligneum autem quodque uoluerit uno e ligno dicato, itemque lapideum, in delubris communibus, textile ne operosius [quam] mulieris opus menstruum. color autem albus praecipue decorus deo est cum in cetero, tum maxime in textili, tincta uero absint nisi a bellicis insignibus. diuinissima autem dona aues et formae ab uno pictore uno absolutae die; itemque cetera huius exempli dona

---

τumemor (b supra) *B* τum|emur (b supra) *H* 1 exſτracτū *B* auτ *corr* haud *AB* aū (haud *rec superscr*) *H* deo] dō *BH* ıameſ *H* 2 duelli instrumenta *deteriores* duellıſ τu mτa (τa supra) *B* duellıſ* τu menτa (τa supra) (ſ *e corr*) *A* due|ıllı ſτumτa *H* n̄ ınfanı *B* ligneum *deteriores* lıgnū *ABH* 3 quodcunque *deteriores* quod qui *Turnebus* quod quis *Lambinus*, *Maduigius de fin. p.* 832 quod quisque *Muellerus* dedicato *Victorius* dicato *Halmius* caτo *ABH* 4 dılubrıſ *A* ındılubrıſ (e supra) *H* τexulene *H* 5 quā *superscriptum manu antiqua A*; [*quare non iniuria dubitatur, num recte* quam *addatur, cum praesertim Plato in eadem oratione* ἢ *omiserit, et abesse potuisse particulam multa exempla demonstrant, cf. nunt. acad.* 1881 *p.* 349] meſτruum *H* 6 praecıpuae *B* p̄cıpue *A* que prę|cıpuę *H* decoruſ *B* doceruſ (o supra) *H* decolor auτē albuſ p̄cıpue decoruſ *A* ceτero *B* ceτerū *corr* ceτero *A* cęτerum *Heinsianus* ceteris *deteriores* cum *corr* τ *H* maxımae *B* 8 aues *Victorius* habenſ *ABH* forme *H* pıcτorę *H* 9 abſoluτae *B* abſoluτe *H* abſoluτo *corr* abſoluτa *A*

dona sunto *editiones* dona ſunτ *AH* dona ſ *B* *Plato Leg.* 12, 955 *e* γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν· μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς· χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα, ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα, σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα· ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως, πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά, ὑφὴν δὲ μὴ πλέον ἔργον γυναικὸς μιᾶς ἔμμηνον· χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη καὶ ἄλλοθι καὶ ἐν ὑφῇ, βάμματα δὲ μὴ προσφέρειν ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα· θειότατα δὲ δῶρα ὄρνιθές τε καὶ ἀγάλματα, ὅσαπερ ἂν ἐν μιᾷ ζωγράφος ἡμέρᾳ εἷς ἀποτελῇ· καὶ τἆλλα ἔστω κατὰ τὰ τοιαῦτα ἀναθήματα μεμιμημένα.

sunto.' haec illi placent. sed ego cetera non tam restricte praefinio, uel hominum uitiis uel subsidiis temporum uictus: terrae cultum segniorem suspicor fore, si ad eam utendam ferroque subigendam superstitionis aliquid accesserit.

Atticvs. Habeo ista: nunc de sacris perpetuis et de Manium iure restat.

Marcvs. O miram memoriam, Pomponi, tuam. at mihi ista exciderant.

46 Atticvs. Ita credo, sed tamen hoc magis eas res et memini et expecto, quod et ad pontificium ius et ad ciuile pertinent.

Marcvs. Vero, et a peritissimis sunt istis de rebus et responsa et scripta multa, et ego in hoc omni sermone nostro, quod ad cumque legis genus me disputatio nostra deduxerit, tractabo quoad potero eius ipsius generis ius ciuile nostrum, sed ita, locus ut ipse notus

---

1 illi *deteriores* ılla *ABH* cętera *H* retrıctąe *B* r&rıctąe *A* r&trıcte (*sic*) *sed corr ut sit* reſtrıcte *H* 2 praenio *B* uel *ante* hominum *om H* uıcjıſ (j *e corr*) *B* uıcuſ *et* u *ante* ſ *corr in* u *H* insidiis *Maduigius Opp.* 2, 153; 'temporum subsidiis: *cum harum rerum hodie maior copia suppetat maiorque pecuniae uis quam aetate Platonis, ut facilior sit comparatio.*' *Turnebus* 3 cultu *H* ſıgnıorım *H, corr* ſegnıorem *A* ſıgnıorū *corr* ſegnıorū *B* foreſı (eſ *e corr*) ad eam tuendā *B* fore ſı adēatuendam (a *post* ē *a corr add*) *A* foreſ ıademtuendam *H* 4 ad eam utendam *deteriores, Dauisius* feroq; *B* subigendam *Manutius, Lambinus* ſubıcıendam *ABH* 6 ſacrı *A* ſacrı *H* 7 ręſtat;o *H* 8 ad *B* 9 excıderant *sed* cı *erasa B* excıder *h. e.* runt *H* 10 ſed tam | *H* eaſſeſ *H* 11 et expecto *editiones* & ſpecto *ABH* pontıfıcum *A* pontıfıcum *H* 12 pertı|nent (n *prior e corr*) *A* 13 a peritissimis sunt *Maduigius* apertıſſımı ſunt *B* aptıſſıma ſunt *sed* a *altera e corr A* aptıſſımı ſunt *H* 14 & multa *B* 15 legis genus *editiones* legımuſ genuſ *AH* legım genuſ *B*

sit, ex quo ducatur quaeque pars iuris, ut non difficile sit, qui modo ingenio possit moueri, quaecumque noua causa consultatioue acciderit, eius tenere ius, quom scias a quo sit capite repetendum. sed iuris consulti, siue 19
erroris obiciundi causa, quo plura et difficiliora scire 47
uideantur, siue, quod similius ueri est, ignoratione docendi, nam non solum scire aliquid artis est, sed quaedam ars etiam docendi, saepe, quod positum est in una cognitione, id *in* infinitam dispertiuntur: uelut in hoc ipso genere, quam magnum illud Scaeuolae faciunt,

---

1 quaeque pars iuris *Aemarus Ranconetus apud Turnebum* quaeque*arſ*ıurıſ *sed* ſ *prior e corr, fuit, quantum e uestigiis satis certo dispicere uideor,* quaeque rar ſııurıſ *A* q; querar ſıurıſ (ı *superscriptum rursus deletum*) *Heinsianus* quae q; arſ*jurıſ *corr ex* quae q; arſıuırıſ *B* 2 qui modo *Turnebus* quı domo *AB* quı domo *H* poſſıτ mouerı *AB* poſſıτ uerı *H* sit mediocri *Dauisius, Halmio et Baitero probatum, sed illud* (*h. e.* qui non plane tardo sit ingenio) *uerius est, quo utitur ipse Dauisius ad Acad. post.* 1, 9, 35 subtiliter dissereret et peracute moueretur; *quod cum Baiterus deprauatum habeat, defendi uidetur his ad fam.* 15, 21, 4 *de Caluo* acute mouebatur; *ac de* motu, celeritate mentis, ingenii *saepius Cicero* quaecunque *editiones* quacumque *ABH* 3 conſolatıoue *B* conſulτατıone *H* accederıτ *B* quom *A* cū *B* cum *H* ſcıaſ *corr ex* ſuaſ *A* *In* scias, *cuius loco nonnulli* sciat *poni uoluerunt, ne quis haereat, conf. de off.* 2, 11, 39 omnis ratio atque institutio uitae adiumenta hominum desiderat inprimisque ut *habeat,* quibuscum possit familiares conferre sermones: quod est difficile, nisi speciem prae *te* boni uiri *feras; ibid.* 2, 14, 50 duri hominis uidetur periculum capitis inferre multis: id cum periculosum *ipsi* est tum etiam sordidum ad famam committere ut accusator *nominere; de rep.* 2, 4, 9 4 capıτe**|repeτendum (re *a corr add*) *A* iurisconsulti *R. Stephanus* ıurıſ conſulτuſ *ABH* 6 uıdeanτur *H* ıgnoraτıonē *AB sed* ˜ *erasum in B* ıgnoraτıonem *H* 7 ɴā *in rasura A* arτıuſ ſed *H* 8 est etiam *Lambinus* ſepe *H* 9 cognoτıone *A* id in infinita (infinitam *Halmius*) *corr Monacensis* ıd ınfınıτa *H* ıd ınfınıτa* *A* |ınfınıτa, *om* id, *B* uelunτ *B* hoc *A* 10 quem *B* qūa *A* quam *H* ſceuole *B* facıunτ (cı *corr*) *A*

pontifices ambo et eidem iuris peritissimi. ‘saepe’ inquit Publi filius ‘ex patre audiui pontificem bonum neminem esse nisi qui ius ciuile cognosset.’ totumne? quid ita? quid enim ad pontificem de iure parietum aut aquarum aut ullo omnino nisi eo, quod cum religione coniunctum est? id autem quantulum est. de sacris, credo, de uotis, de feriis et de sepulchris et si quid eius modi est. cur igitur haec tanta facimus, cum cetera perparua sint, de sacris autem, qui locus patet latius, haec sit una sententia, ut conseruentur semper et deinceps familiis prodantur, et, ut in lege posui, perpetua
48 sint sacra. exposite haec iura pontificum auctoritate consecuta sunt, ut ne morte patris familias sacrorum memoria occideret, iis essent ea adiuncta, ad quos eius-

---

1 pontificis (c *supra*) *H* iidem *uulgo* fidē (fidem) *ABH* eidem *Halmius* saepe *Turnebus* iuris peritissimisae | inquid *B* iuris peritissimis ę inquid *H* iuris peritissimi * INQT (i *supra*) *in rasura A sed in margine ad hunc uersum antiqua manu scriptum est* sac, *quod liturae spatium facile capere potuit* 3 cognosset (τ *e corr*) *A* cognosc& *H* totum nequit ita (*corr* quid) *A* 4 quit (d *supra*) enī *B* ad (a *e corr*) *A* parietum *Monacensis* paritum *H* paratū (i *supra*) *A* patriæ tum *B* 5 auttul|lo *A* aut tullo *H* omnino nisi quod *uir doctus in Obss. Miscell.* 4, 3 *p.* 334, omnino nisi eo quod *Maduigius Opp.* 2, 154: omnino si ego quod *AH* omnino si ego quđ *sic linea subducta B* relegione *B* 6 coniuctum (n *supra*) *A* 8 Cur igit̃ *in rasura A* cū (c *e corr*) *A* cętera *H* 9 aut *H* laciuſ *B* latiuſ (a *corr ex* o *uel* e) *A* 10 conseruantur *B* semper et *editiones* semet *ABH* 11 ꝑpetuam *H* 12 exposite *Baiterus* haec posite *A* hęc positę *H*, *omisit B*, *sed idem* haec iura *sic lineola subducta habet* 13 nemo te *H*, *corr* ne morte *B* nemorte (rte *e corr*) *A* 14 iis essent ea adiuncta *R. Stephanus* iis est ea adiuncta *H* iisē& ea adiuncta (deiuncta *supra*) (ē& *h. e.* esset *corr ex* ē *h. e.* est) *B* iis e& ea deiuncta *A praeter* ncta *in rasura*, *quae etiam praecedentis uocis* occider& *ultimam syllabam complectitur: in margine manu antiqua* adiunc *scriptum est* 12 haec posite — 132, 1 uenerit *ut ex adnotatione marginali orta*

dem morte pecunia uenerit. hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinae satis, innumerabilia nascuntur, quibus implentur iuris consultorum libri. quaeruntur enim, qui astringantur sacris. heredum causa iustissima est; nulla est enim persona, quae ad uicem eius, qui e uita emigrarit, propius accedat. deinde, qui

---

Victor. a) principeſ ordineſ *AB* 1 inſenatuſ itinere illaemode|ratuſ *B* in ſenatu ſit tenere (*corr* rj) ille moderatuſ & concorſ ciui| *in rasura A* 3 lege ꝓhibit̃ *B* ꝓxi|mū & *B* proximū*[eſt] (*sic*) *A* ordoui uitio car& oeriſ ſpeciement eſt *B* 4 ſpeci*men eſto *sed* eſto *in rasura A* 5 preclara *A* p̄claro *B* frat̃|iſta *B* frat̃*iſta *A; unde possis* est ista (ẽ iſta), [*sed* est *non desideratur et melius abest*] sed et late patet ut *Turnebus* (*idem* lex est et late p. *coniciens*) ſed & laterat & ut *B* ſedeclaterat &ut *A* (c *ante* l *obscurum*) 6 uicio *A* careat ordo & cenſorẽ quaerat|| *in rasura A* quaerit *Turnebus* int̃pretẽ* *sed* int̃ *et* ˜ *super* e *a corr add A* 8 illae *B* totóſ *A* gratiſſimāque *A* 9 retinet *editiones* retinent *AB* conſolatuſ *B* placetuādixerā *B* pace|tua*dixerī* *sed* pace tu *in rasura A* 10 cenſoreſ (c *e corr*) *A* 11 defatigare (re *in rasura*) *A* 12 atticentenī deocſenatu *B* 13 hiſ *B* 'iſ *A* futuriſ* ſi (ſi *e corr*) *A* 14 forte *B* uo|lucrint hab& oratione cū *B* uoluerint haec| habetur oratio·nā cū *sed* nā cū *in rasura A* 15 iubeant *A* iubeaN̄ *B sed* N̄ *corr* neçueni|& *B* ne[c]ueniet *A* 17 difficile (*sic*) *B* factū *A* niſeducationē quadā & (*h. c.* educatio non) *B* niſi educatione quadā et *sed* ne quadā et *in ra-*

dam et disciplina, de qua dicemus aliquid fortasse, si quid fuerit loci aut temporis.

30 ATTICVS. Locus certe non derit, quoniam tenes ordinem legum, tempus uero largitur longitudo diei. ego autem, etiam si praeterieris, repetam a te istum de educatione et de disciplina locum.

MARCVS. Tu uero et istum, Attice, et si quem alium *praeteriero*. '*ce*teris specimen esto.' quod si, tenemus omnia: ut enim cupiditatibus principum et uitiis infici solet tota ciuitas, sic emendari et corrigi continentia. uir magnus et nobis omnibus amicus, L. Lucullus, ferebatur quasi commodissime respondisset, cum esset obiecta magnificentia uillae Tusculanae, duo se habere uicinos, superiorem equitem Romanum, inferiorem libertinum: quorum cum essent magnificae uillae, concedi sibi oportere, quod iis, qui inferioris ordinis essent, liceret. non uides, Luculle, a te id ipsum natum, ut illi cuperent? quibus id, si tu non faceres, non lice-
31 ret. quis enim ferret istos, cum uideret eorum uillas

---

sura A 1 dicemus *editiones* dıcımuſ *AB* for|taſſeeſt quod fuerıt *A* fortaſſeē|qđ fuerıt *B* si quid *editiones* 2 autēmporıſ *A sed corr in* autēmporıſ (*sic*) 3 de rıt *A* deerıt *B, cf. p.* 7, 10 quoniam *om B* 4 largıtuſ *B* 5 repetā ab|eıſ tū *B* deeducatıonē *A* 7 tuero *B* atticae *B* 8 praeteriero. ceteris *margo Lambinianae nescio cuius* pretetıſ *A* p̄terıſ *B* praeterii. ceteris *Ascensiana* ſpecımen*eſto *A* ſpecıonenteſ to *B* quod ſı tenemuſ *A* qđſıt enem *B* (*sic*) quod si est, tenemus *R. Stephanus* quod si ⟨tenemus⟩ tenemus *Bakius*, [*quod cum plerisque edideram, dubito quam uere: Tusc.* 5, 17, 50 Quod si, beata uita glorianda est *in conclusione, ubi* est *addi solet.*] 9 omnıa ut *sed* a u *in rasura A* 10 contınentıā *A* 11 mag|nōſ *A* 13 abıecta *B* uıllaae *B* 14 inferiorem *editiones* ınterıorem *AB* 15 ullae *B* ullę *A* concedıſı*bı (ıſı *e corr*) *A* (*fuit ut uidetur* concedıſ ubı) 16 oporte *B* oporte *A* ıſ *A* ıſ *B* inferioris *Victorius* ınte*rıorıſ *A* (*uidetur* r *erasa*) ınterıoſıſ *B* 17 lucullae *B* luculle* (e *e corr*) *A* adeıd ıpſum *B* adeıdıpſum *A*

signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam
sacris et religiosis? quis non frangeret eorum libidines,
nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, cupiditatis eius-
dem tenerentur? nec enim tantum mali est peccare prin- **14**
cipes, quamquam est magnum hoc per se ipsum malum,
quantum illud, quod permulti imitatores principum exi-
stunt. nam licet uidere, si uelis replicare memoriam
temporum, qualescumque summi ciuitatis uiri fuerint,
talem ciuitatem fuisse; quaecumque mutatio morum in
principibus extiterit, eandem in populo secutam. idque 32
haud paulo est uerius quam quod Platoni nostro pla-
cet, qui musicorum cantibus ait mutatis mutari ciuita-
tum status. ego autem nobilium uita uictuque mutato
mores mutari ciuitatum puto; quo perniciosius de re
publica merentur uitiosi principes, quod non solum ui-
tia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem, ne-
que solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam
quod corrumpunt plusque exemplo quam peccato no-
cent. atque haec lex, dilatata in ordinem cunctum, coan-

---

1 refertas *editiones* repertaſ *AB* 2 quiſ n̄ franger& *in rasura A* ÷eorum libidiniſ (*corr* eſ) niſi illi ipſi qui eaſ frangere *in textu omissa in imo margine manus antiqua eadem quae illa in loco raso scripsit in A* eor libidiniſ *B* 3 cupiditatiſ eiuſdē *B* cup*iditatiſ eiuſdem *A* cupiditatibus eisdem *deteriores, Lambinus, quem Halmius et Baiterus sequuntur, sed confer Quintilianum Inst. or.* 5, 14, 11 non quisquis hominem occidit, caedis tenetur. 5 quamquam est *editiones* quamque eſt *A* quā|quē *B* 6 p̱multe imitatoreſ *B* p̱multi imita|toreſ *sed* imita *in rasura A* 7 ſiuellıſ *B* 10 ex*titerit (ſ *erasa*) *A* secutam *R. Stephanus* ſecuturam *A* ſecurā *B* 11 haud paulo *editiones* aut paulo *AB* nuſtro *corr* no *A* Platoni nostro, *cui scilicet illud quoque placuit, id quod nunc obliuisci uidetur Cicero, sed scribit ipse ad fam.* 1, 9, 12 haec animaduertenda in ciuitate, quae sunt apud Platonem nostrum [*de legg.* 4, 711 *b*] scripta diuinitus, quales in re publica principes essent, tales reliquos solere esse ciues; [*neque quicquam in his mouebit qui Ciceronis quam memorabilis nonnumquam obliuio fuerit reminiscetur: confer, ut unum afferam, Tusc.* 3, 17, 36] 13 uictu quae *B* 14 p̱nitioſiuſ *B* 16 conſcipiunt *B* 19 dilata (ta *supra*) *A*

gustari etiam potest; pauci enim atque admodum pauci honore et gloria amplificati uel corrumpere mores ciuitatis uel corrigere possunt. sed haec et nunc satis et in illis libris tractata sunt diligentius: qua re ad reliqua ueniamus.

15 33 Proximum autem est de[in] suffragiis, quae iubeo nota esse optimatibus, populo libera.

ATTICVS. Ita mercule attendi, nec satis intellexi quid sibi lex aut quid uerba ista uellent.

MARCVS. Dicam, Tite, et uersabor in re difficili ac multum et saepe quaesita, suffragia in magistratu mandando ac de reo iudicando *sciscenda*que in lege aut rogatione clam an palam ferri melius esset.

---

1 adque A admodū ·pauci honore A 2 āplificati (τ *e corr*) B 4 τractaſ A 6 proximum autem est *deteriorum unus, C. Stephanus* proxımuſ autē·ē· A pxim̄ auτ·ē· B proximum est autem *R. Stephanus, quod probunt recentiorum nonnulli emendationis genere usi, quod etsi multis placere uideo, peruersum esse iudico:* proxımuſ *errore scriptum propter* uenıamuſ deınſuffragııſ AB *cf. Academ.* 2, *p.* 55, 14 *Halm.* qui dein bonis . . discrepant *in* B 8 mercule B mercule* A; *cf. p.* 6, 1 aτıendı AB ıntellexı quıdſıbılexı quıd ſıbı lex | auτ A ıntellexı quıd ſıbılex ıqıdſıbılex auτ B 10 dıffıcıle B 11 ſuffragıa* A ſuffragıā B ın|magıſτraτū andando B ınmagıſτraτum*andando A 12 ac de *Feldhuegelius* an de AB aut de *editiones* iudicando (sciscenda)que in lege aut rogatione *scripsi* ıudıcando quıınlege auτ rogaτıone AB iudicando aut lege aut rogatione sciscenda *R. Stephanus* iudicando atque in lege aut rogatione *Turnebus* iudicando atque in legum rogatione *auctore Maduigio Halmius et Baiterus, quod mihi concinnitate dissuaderi uidetur, nam nec* legum *nec* rogatione *sed saltem* in lege roganda *scripsisset, si modo in roganda ac non potius in sciscenda lege suffragia ferrentur,* [*neque* iubendaque *de Huschkii opinione rectius scribetur, cui coniecturae quae p.* 195, 15 *leguntur* de iubendis legibus ac uetandis (*de or.* 1, 14, 60) *obesse magis quam prodesse sentio; conf. si tanti est pro Planc.* 14, 35 quod primus sciuit legem *quaeque ibi sequuntur; et supra p.* 101, 15]: *quod autem* lege aut rogatione *scribitur, non puto dissimile esse* 1, 16, 43 suffragiis aut scitis multitudinis: *in quo quod* et *scribi pro* aut *iussit Bakius, constantiam is quidem pro-*

Qvintvs. An etiam id dubium est? uereor ne a te rursus dissentiam.

Marcvs. Non facies, Quinte. nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio, nihil ut fuerit in suffragiis uoce melius, sed optineri an possit uidendum est.

Qvintvs. Quia, frater, (bona tua uenia dixerim,) ista 34
sententia maxime et fallit imperitos et obest saepissime rei publicae, cum aliquid uerum et rectum esse dicitur, sed optineri, id est obsisti posse populo, negatur. primum enim obsistitur, cum agitur seuere; deinde ui opprimi in bona causa est melius quam malae cedere. quis autem non sentit omnem auctoritatem optimatium tabellariam legem abstulisse? quam populus liber num-

---

bauit: [*et similia multa*, propositi aut uoluntatis *Caesar b. c.* 3, 84, 1; ex lite aut iudicio *ad Herenn.* 4, 23, 33; honorem aut magistratum *Gaius* 1, 96]. *Cf. Sempronius Asellio apud Gellium N. A.* 5, 18, 9 quae lex rogatioue lata sit. *Ceterum haec omnia* in magistratu — rogatione *a Cicerone scripta non esse, temere Bakius posuit, Baiterus credidit* 13 clam an palam *Victorius* clamanт palam *AB* ferri *Bakius* ferre *AB* 1 an etiam id dubium est? *non Attico ut ante sed cum proximis* uereor ne a te *Quinto adscripsit C. Stephanus* 2 dıſſenтenтıā *B* 3 ınıſтā *B* 4 qua∗тe (n *uidetur erasa*) *A* fuıſ ıſ ſelſemp (*sic*) *B* fıerıт *A* 5 opтıneri *A* opтınere *corr* opтınerȷ *B* possit *editiones* poſſunт *AB* optinerine iam possit *Maduigius Opp.* 2, 163, [obtineri ne ea non possint *Muellerus; retinui uulgatam scripturam, non quasi satis uindicare possem, sed quia incerta est emendatio. Quintilianus ita:* quaedam an obtineri possint ambigi solet *Inst. or.* 2, 4, 39; quaeritur an in singulis uerbis possit fieri soloecismus *ibid.* 1, 5, 36] 7 quıa *A* qua *B* atqui *Feldhuegelius* 8 maxımae *B* fallaт *B* fallıт∗ȷmperıтoſ (ȷ *e corr*) *A* et obest *deteriores* ſed obem *B* ſed obeſт∗ (b *et* ſт *e corr*) *A* ſaepıſſimae *B* ſępeſſıme (*corr* pı) *A* 9 uer & recтū *B* uere&recтum *sed* e *ante* & *a corr add A* &ſe *corr* eſſe *B* 10 obtineri *deteriores* opтınere *A* obтı|nere *B* 11 ui *om B* 12 opprımı *corr ex* obpr *A* male caedere *A* malę caede|re *B* 13 quis *Turnebus* quı *AB* obтımaтium *corr* opт *A* 14 tabellariam legem abstulisse *deteriores ut*

quam desiderauit, idem oppressus dominatu ac potentia principum flagitauit. itaque grauiora iudicia de potentissimis hominibus extant uocis quam tabellae. quam ob rem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella uitiosum occultaret suffragium. itaque isti rationi neque lator quisquam est inuentus nec auctor umquam bonus.

16 35 sunt enim quattuor leges tabellariae, quarum prima de magistratibus mandandis: ea est Gabinia, lata ab homine ignoto et sordido. secuta biennio post Cassia est, de populi iudiciis, a nobili homine lata, L. Cassio, sed, pace familiae dixerim, dissidente a bonis atque omnis rumusculos populari ratione aucupante. Carbonis est tertia, de iubendis legibus ac uetandis, seditiosi atque inprobi ciuis, cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit adferre. 36 uno in genere relinqui uidebatur uocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis: dedit huic quoque iudicio C. Caelius tabellam do-

---

uidetur, editiones ᴛabellarıalegeob|ᴛulıſſ& *sed* & *corr in* e *A* (*sic*) ᴛabellarıa|legıo obᴛulıſſ& *B* 1 oppreſ|ſıᴛ *B* oppreſſuſ *corr ex* obpreſſıᴛ *A* 2 ıudıᴛıa *A* 3 uocis *Turnebus* uocȩſ *AB* quanᴛabellȩ *AB* quā ob|rem ſuffragandı nımıa *in rasura A* 4 bonuſ *B* 6 ſenᴛıre *corr* ſenᴛıreᴛ *A* uıcıoſum *B* 7 occulᴛareeıſ *B* occulᴛareᴛ *sed* ᴛ *ultima in rasura A* raᴛıone *B* rogationi *Lambinus*, *sed cf. ad Att.* 1, 19, 4 8 aucᴛorū quā *B* aucᴛor*ūquā (ū *in rasura corr*) *A* 9 ᴛabella|rıı aequarū *B* 10 mandandıſ (an *media in rasura*) *B* cabınıa *B* cabınıa *corr* gab *A* alᴛa ab *B* 11 caſıa *B* 12 populo *corr* populȷ *A* iudiciis *Bakius* ıudıcıo|ıſ *B* ıudıcıo·ıſ *A* (*sic*) L. laſſıo *B* L.|caſıo *A* 13 fa*mılıȩ *A* 14 rumuſ culuſ *B*, *corr* loſ *A* popularis aurae *Bakius*, *quod nollem Halmius probasset, quem puto olim rectius de his iudicasse in Sestiana* 47, 101 *p.* 242 *sq.* accupanᴛe *B* occupanᴛe *corr* aucup *A* ᴛercıa *A* 15 ıuuendıſ *B*, *corr* ıub *A* 16 cıueſ *AB* 17 uidebatur *deteriores* uıdeba *B* uıde*bā (*sic*) *A* 18 cauſıuſ *B* excepераnᴛ *B* exceperanᴛ *A* 19 dedı *corr* dedıᴛ *A* ccoelıuſ *A* ıudıcı oc·coe . . . . ᴛabel| (*sic cum*

luitque, quoad uixit, se, ut opprimeret C. Popilium, nocuisse rei publicae. et auus quidem noster singulari uirtute in hoc municipio, quoad uixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem, auiam nostram, habebat, ferenti legem tabellariam: excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegaeo excitauit mari. ac nostro quidem * * . cui cum res esset ad se delata, M. Scaurus consul 'utinam-

foramine in membrana) *B* 1 quo*ad| (d *erasa*) uıxıт *A* quoad uıx̄ *B* (*sic*) se ut opprimeret C. Popilium (Popillium *Lambinus*) nocuisse etiam (etiam *abiecit Dauisius*) rei p. *Turnebus* ſed uт opprımer& ·c· populū nocuıſſenт ·R̄P· *AB* 3 quoad uixit *editiones* quod adduxıт *A* qđ adduxıт *B* 4 ſore* *corr* ſoroⁿrē* *A* habebat *editiones* habebaN̄ *AB* 5 fluctus *Hieronymus Ferrarius teste P. Manutio*, *R. Stephanus* flcтuſ *AB* ſympulo *B* 6 cradıuſ *corr* gradıuſ *A* marıuſ *B*, *om A*, *cuius auctoritate abusi Halmius et Baiterus delendum esse nomen censuerunt, quod qui exciderit in illo libro, causa manifesta est* 7 ın aegreco *B* ın*|*ęgaeo (ę *in rasura corr*) *A* exтıтauıт *B* quıdem quı cū *AB*; *defectus indicium feci; opinor enim haec sic fere exarata fuisse* ac nostro quidem (auo magnam ea res attulit laudem). cui cum; [*nam nec* auo *abesse potest nec satis probabili correctione ex* qui *recuperari uidetur, in oratione autem si quid sentio haec* ac nostro quidem auo consul inquit *sententia generali non praemissa parum apte aut uenuste coniunguntur.*] mari ac nostro quidem. quoi cum *R. Stephanus* mari. ac nostro quidem auo cum *Lambinus* 8 ad senatum *Maduigius Opp.* 2, 165, [*probauit Baiterus, ne quid de iis dicam qui nihil supra triuialem artem didicerunt quodque ab aliis edocti sunt confidentius nimirum ipsis auctoribus pronuntiant. ego dubitabam Maduigii iudicio adstipulari, quia primum narratio ipsa indicio esse uidebatur, non ad senatum sed ad consulem rem esse delatam* (*cf. in Vatin.* 5, 12), *deinde* cum *nisi cum ambiguitate poni non poterat, denique, quoniam nemo nescit* Scaurus re ad se delata respondit *recte nec sine exemplo scribi potuisse, non satis tuto illa* cum res esset ad se delata M. Scaurus consul dixit *tamquam soloeca reiici putabam. De simili genere Maduigius ipse prudenter admonuit Opp.* 1, 189] delata M. Scaurus *Bakius* delaтam ſcauruſ *B* delaтā ſcauruſ (*fuit* delaтā) *A* consul utinam *editiones* conſul uтınāq; *A* conſulтı nāque *B* utinam quidem *Mo-*

[que]' inquit, 'M. Cicero, isto animo atque uirtute in summa re publica nobiscum uersari quam in municipali
37 maluisses.' quam ob rem, quoniam non recognoscimus nunc leges populi Romani, sed aut repetimus ereptas aut nouas scribimus, non quid hoc populo optineri possit, sed quid optimum sit tibi dicendum puto. nam Cassiae legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. tu, si tabellariam tuleris, ipse praestabis; nec enim mihi placet, nec Attico nostro, quantum e uultu eius intellego.

17 ATTICVS. Mihi uero nihil umquam populare placuit eamque optimam rem publicam esse dico, quam hic consul constituerat, quae sit in potestate optimorum.

38 MARCVS. Vos quidem, ut uideo, legem antiquastis sine tabella. sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen istam libertatem [istam] largior populo, ut

---

serus 1 inquit (t *e corr*) *A* ista|animo *B* isto animo *sed* o *in* animo *e corr A* adque *A* 5 qid̄ *A* optinere *B* optinere *corr* erj *A* 6 ob|timum *B* cassia*legis (a *corr in* æ, *puto* cassia elegis *fuisse*) *A* 7 qo (*fuit* co) *A* 8 prestabis *B* 9 quantome uultusei̅ *B* quantum*euultu*eius (e *ante* uu *e corr*, *fuit* quantume uultus eius) *A* 11 nihil*um quam (*fuit* nihillum) *A* nihilū q̧ *B* populare̅ *B* populare̊ *A* placui *A* 12 eā quā *B* optimam (p *corr ex* b) *A* 13 constituerant *B* constituerant *A* in potestate̅ *B* in potestate̊ *A* *Ciceronem* esse in potestatem *dixisse, qualia fuerunt olim qui probarent, hodie nemini persuadetur: cf. Maduigius Emendat. Liuian. p.* 8 14 uos quidem *Turnebus* uosdem *AB* antiquastis] *confer ad p.* 207, 2 15 sine *in exitu uersus in B legi non potest* 16 ista liber||tatem istā (*in exitu uersus quod scriptum fuit legi non potest*) *B* **** libertatem istā (*in loco raso fuit* ista *uel* istā) *A; alterum* istā *inclusi, prius olim sustulerunt, alii ex altero utro* ita *recuperant, quo opus non est;* [*quamquam in hac memoria ambiguum est iudicium, tamen istam orationem paulo sane accommodatiorem esse sentio, primum ut uniuersa sententia ponatur* tamen istam libertatem largior populo, *deinde eadem ut restringatur* (ita, ea lege) ut auctoritate ualeant boni: *cf. de rep.* 1, 2, 3] ut* auctoritate (au *corr ex*

auctoritate et ualeant et utantur boni; sic enim a me recitata lex est de suffragiis: 'optimatibus nota, plebi libera sunto.' quae lex hanc sententiam continet, ut omnes leges tollat, quae postea latae sunt, quae tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet; pontes etiam lex Maria fecit angustos. quae 39
si opposita sunt ambitiosis, ut sunt fere, non reprehendo; sin *non* ualuerint tamen leges, ut ne sit ambitus, habeat sane populus tabellam quasi uindicem libertatis, dum

---

ocı) *A* 1 boni '*Odinus apud Oliuetum*' bonıſ *AB* 2 opτımaτıbuſ (p *corr ex* b) *A* 3 ſunτ·o· *B* ſunτo* (o *e corr*) *A* q; lex *B* ſen[τen]τιam *A* 4 tollat quae *deteriores* τolleτq; *B* τoll[er]& queͅ *A* laτe *B* 6 &ıã *in rasura A* 7 oppoſıτa *corr ex* obp *A* 8 non *addidi: nam quod Wyttenbachius* sin *pro* si non, sin minus *positum opinabatur, credi non potest* τamen *A* τã ẽ (*h. e.* τam eſτ) *B* tantum *R. Stephanus* leges *dicit quas modo significauit, quae tegunt omni ratione suffragium, quibus si id non tamen effectum est, ut iam nullus sit ambitus, non tollendam tabellam censet sed reddendam populo libertatem ostendendae eius cui uolet.* ut ne sit ambitus *Turnebus, Bakius* (sint *editiones pleraeque, sed cf. ad* 169, 5) uτ neſım ambıτuſ *B* uτneſım*|ãbıτuſ (ã *a corr add initio uersus*) *A, in quo* uτ ne ſım *et* 199, 6 ſaτıſ ẽ *non est in rasura, quod Halmius specie deceptus scribit;* [*quam ab Halmio excogitatam scripturam Baiterus in textu posuit* sin ualuerint tantum leges ut desinat ambitus, *ea peruertitur sententia, quam ne Huschkius quidem recte cepit: si leges hoc perfecissent ut ambitus desineret, non erat quod Cicero sua lege leges istas quae oppositae essent ambitiosis tolli uellet: sed quia hoc illae leges perficere non potuerunt, eam ob causam reddi populo cum tabella libertatem ostendendi eam cui uolet iubet, si forte hac uia id assequi liceret, quod leges consequi non potuerunt. non quaero quam prudens fuerit Ciceronis consilium, quamquam* '*ridiculi*' *in ea sententia nihil offendo: sed quid uoluerit, tenor disputationis satis certo declarat; quod Halmius* ualuerint ut ne sit amb. *uitiosum esse scribit, uerum non est: confer Tusc.* 5, 13, 39 si eius acies ita curata est ut ne caecaretur erroribus; *ad fam.* 1, 2, 4 hoc uidemur esse consecuti ut ne quid agi cum populo saluis auspiciis posset; *de or.* 1, 29, 132 assequi possunt ut iis quae habent scienter utantur et (ita) ut ne dedeceat.]
9 quasi uindicem *editiones* quaſı[bι] uındıcenτ lıberτaτıſ *corr* τeſ *A*

modo haec optimo cuique et grauissimo ciui ostendatur ultroque offeratur, ut in eo sit ipso libertas, in quo populo potestas honeste bonis gratificandi datur. eoque nunc fit illud, quod a te modo, Quinte, dictum est, ut minus multos tabella condemnet, quam solebat uox, quia populo licere satis est: hoc retento reliqua uoluntas auctoritati aut gratiae traditur. itaque, ut omittam largitione corrupta suffragia, non uides, si quando ambitus sileat, quaeri in suffragiis quid optimi uiri sentiant? quam ob rem lege nostra libertatis species datur, auctoritas bonorum retinetur, contentionis causa tollitur.

18 40 Deinde sequitur, quibus ius sit cum populo agendi aut cum senatu. *tum* grauis et, ut arbitror, praeclara lex: '*quae cum populo* quaeque in patribus agentur, modica sunto,' id est modesta atque [ad] sedata; actor enim moderatur et fingit non modo mentem ac uolun-

qua|sı uındıcent (τ *erasa*) lıbertatıſ *B*. 2 uti in eo sit ipsa libertas quod *R. Stephanus* ut in eo sit ipso libertas in qua (*uel* in quo) *Turnebus* utınesıt ıpſo lıbertaſ ın quo *AB* 3 honeſta *A* 4 quıınte *B* 5 mınoſ *B* mı|nòſ *A* condempn& *A* 6 hoc reretento *B* hoc**retento *A* (re *erasum; ut inutiliter Halmius* hoc enim retento *coniecerit*) 7 tradıtuſ *corr* tur *A* 8 uıdıſ *B* uıdıſ *corr* uıdeſ *A* 9 quae|rı (e *et* rı *e corr ut uidetur*) *B* quı *B* quı^d^ *A*; [quid sentiant *h. e.* quod suffragium ferant: *quode uide Herm.* 15, 261] 10 legeſ *B* lege* (*fuit* legeſ) *A* lıbe|ratıſ *B* 11 retinetur *deteriores* retın& *B*, *in A uox ita euanuit ut praeter* r *uix uestigia quaedam agnoscantur* tol|lıtòr *A* 13 senatu. (tum) *scripsi* (*conf. c.* 19, 43. 44) senatu *AB* senatu. (deinde) *Turnebus* grauıſ& *B* grauıſ & *corr* ſed *A* praeclara *editiones* praeclare *B* preclare *A* praeclara est *Halmius praue ut iam apparet;* [*oratio enim sic procedit* deinde sequitur, quibus ius sit cum . . ; tum (sequitur) grauis lex: *neque sine particula hae quae diuersae leges sunt componi poterant.*] 14 quae cum populo *om AB, in paucis deterioribus addita et a Turnebo* IN *superscriptum A* agentur *Turnebus* aguntur *AB, confer* 3, 4, 10 15 atque sedata *Victorius* atq; ad ſedata *AB* (*nam in A quoque* ad *certo agnoscitur, quamquam in hac parte ualde euanida est scriptura*). *Cf.* 2, 4, 9 *p.* 79, 13 actor *Ascensiana* auctor *B et ut uidetur A*

tates, sed paene uultus eorum, apud quos agit. quod si in ** senatu non difficile; est enim ipse senator is, cuius non ad auctorem referatur animus, sed qui per se ipse spectari uelit. huic iussa tria sunt: ut adsit; nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est; ut loco dicat, id est rogatus; ut modo, ne sit infinitus; nam breuitas non modo senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia: nec est umquam longa oratione utendum, nisi aut peccante senatu, quod fit ambitione saepissime, nullo magistratu adiuuante tolli diem utile est, aut cum tanta causa est, ut opus sit oratoris copia

---

1 ſed prae uultuſ *B* quod ſı ın ſenatu non dıfficıle ·ē· enım *AB* quod est in senatu non difficile. est enim *R. Stephanus;* 'quod in senatu] *modica et sedata esse, quae cum patribus agentur, non est difficile. quae cum populo agentur, est difficilius.' Turnebus uerissime; itaque putaui mancam esse orationem et sic fere scriptum fuisse* quod si in ⟨populo arduum est, in⟩ senatu non difficile. est enim. *Confer de orat.* 2, 82, 333 haec in senatu minore apparatu agenda sunt; sapiens enim est consilium multisque aliis dicendi relinquendus locus, uitanda etiam ingenii ostentationis suspicio. contio capit omnem uim orationis et grauitatem uarietatemque desiderat. 2 ıpſe ſenatorıſ *A* ıpſeſe ſenaturıſ *B* 3 ad auctorem *deteriores* ab auctorē *AB* ad actorem *Turnebus* 4 ıpſe ſpectarı uelıt *in rasura A* adſıt *sed* d *corr A* 6 modeneſıt *B* 7 ſed &ıā oratorıſ *in textu omissa in margine manu antiqua posita B* 8 est in sententia *delet Puteanus, item praeter* est '*Orellio auctore' Halmius et Baiterus, quae ego nolim abesse: nam, ut ait Cicero Brut.* 13, 50, breuitas laus est interdum in aliqua parte dicendi, in uniuersa eloquentia laudem non habet, *ita nunc* in sententia, *quae est aliqua pars dicendi uel genus eloquentiae, breuitatem laudat, eaque laus non ad senatorem tantum, sed etiam ad oratorem pertinet, qualis in senatu Cicero fuit et pauci alii: et sic puto aptius adiungi* nec est umquam longa oratione *cet.* nec eſtum quam (c *e corr*) *A* nec ē tūquam *B* 9 nisi aut *deteriores pauci* nıſı ut *AB* ambitione *in hac uoce deficit B, sed uide ad p.* 202, 9 cum agi quod fit ambitione saepissime] '*dicit nonnullos per ambitionem, cum minime necesse est neque senatus peccat, tamen dicendo diem eximere.' Turnebus* 10 nullu (*corr* lo) magıſtratū *A* utıle· ē auť (*corr ex* aut) *A* 11 tanta *editiones* tante *A*

uel ad hortandum uel ad docendum; quorum generum
41 in utroque magnus noster Cato est. quodque addit 'causas populi teneto,' est senatori necessarium nosse rem publicam, idque late patet, quid habeat militum, quid ualeat aerario: quos socios res publica habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, condicione, foedere; tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum. uidetis iam genus hoc omne scientiae diligentiae memoriae, sine quo paratus esse senator nullo pacto potest.

42 Deinceps sunt cum populo actiones, in quibus primum et maximum 'uis abesto.' nihil est enim exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri et legibus, nihil minus et ciuile est humanum quam composita et constituta re publica quicquam agi per uim. parere iubet

---

1 aтhor тanтum *corr* adhor тandum *A* 2 nr̄т caтo *A* 3 тen&o·*eſт* (o *e corr*) *A* 4 qu^d^ı ualeaт *A* 5 ẹrarıo *in rasura A* res publica *delet Manutius, quem ego non sequar cum Halmio et Baitero;* [*cf. Maduigium de fin. p.* 9] 6 ſтıpendıarıuſ *corr* oſ *A* condıтıone *A* 7 decernendi *editiones* recernendı *A* 8 uıdëтıſ *corr ex* uıdēтeſ *ut uidetur A* omne *editiones* om̄ſ (*sic*) *A* omne esse *Halmius* 9 memorıa·ē·dequo *sed* de *corr ex* ne *A*: *scilicet* memorıaeſıne quo *abiit in* memorıa eſт ne quo *uel* memorıa ē ne quo; memoriae esse sine quo *R. Stephanus* (memoriam *superiores*); *sed* esse *necessarium non puto,* [*hoc dicit:* non est quod plura afferam: uidetis iam genus hoc omne scientiae. *cf. de nat. deor.* 2, 49, 126 multa eius modi proferre possum: sed genus ipsum uidetis.] ẽ& *corr* ẽẽ *A* 13 ac *in rasura A*, *primitiua scriptura cognosci non potest, nisi quod aut non fuisse certum est, tenui igitur quod ante Halmium uulgabatur* et; *conf. p.* 62, 2 14 mınuſ*cıuıle eſт^&^ humanjůſ (*h. e.* humanius) quā (*fuit* mınuſ e *uel* ē cıuıle eſт humanūſ quā) *A* nihil minus ciuile est et humanum *editiones uetustae* (ciuile et humanum *C. Stephanus*); *suspicor fuisse* nihil minus humanum et ciuile est, *unde quo modo nata sit quae primitiua scriptura fuit* (nihil minus et ciuile est humanus) *facile intelligitur, cf. p.* 71, 14 15 quıcquā agı | *in*

intercessori, quo nihil praestantius; inpediri enim bonam rem melius quam concedi malae. quod uero actoris 19
iubeo esse fraudem, id totum dixi ex Crassi, sapientissimi hominis, sententia: quem est senatus secutus, cum decreuisset C. Claudio consule de Cn. Carbonis seditione referente, inuito eo, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri, quippe cui liceat concilium, simul atque intercessum turbarique coeptum sit, dimittere. quod qui permouet, cum agi nihil potest, uin
quaerit, cuius inpunitatem amittit hac lege. sequitu
illud 'intercessor rei malae salutaris ciuis esto.' qu
non studiose rei publicae subuenerit hac tam praecla
legis uoce laudatus?

Sunt deinde posita deinceps, quae habemus eti
in publicis institutis atque legibus: 'auspicia seruar
auguri parento.' est autem boni auguris meminisse
ximis rei publicae temporibus praesto esse debere I
que optimo maximo se consiliarium atque administ

---

rasura A 1 praestantius *editiones* prȩſтıuſ *A* 2 a
editiones acтoreſ *A* 3 dixi *Victorius* dıcı *A* 5 d
Carbonis *Turnebus* dıgn· carbonıſ *A* de C. Carbonis *ante Tur*
8 тurbarıquae|coemтū (p *above* m) *A* [*Cf. Liuius* 25, 3, 1
uius consul tribunis 'nonne uidetis' inquit 'uos in ordine
tos esse et rem ad seditionem spectare, ni propere dimitti
bis concilium.' *ibid.* 4, 6] 9 ꝑmou& (u *corr ex* n *ut ui*
cum agi] *haec usque ad* religione 207, 2 *habet B*
gem *p.* 197, 14 10 amittit *editiones* amıттı *AB*
lege. sequitur *editiones* legequıтur *AB* 11 reı
ra A 12 ſтudıor ſe ·R̄·P̄· *B* ſтudıo* ſe** R͂·P *A*
ac *A* precla|ra *A* 14 quae ha|bem̀ *B sed* ha *e*
rectum uidetur 15 ınſтıтıтıſ *B* ſeruanтo* (o *e*
detur ſeruanтur *fuisse*) *A* 16 p. *i. e.* publico *ante* pa
iubet Orellius coll. 3, 4, 11 augureſ *B* augureſ *corr*
meminisse se *Lambinus*, [*quod hoc quidem loco abesse po*
quoniam in bimembri oratione pronomen quod est ante c
ad priorem quoque partem refertur: paulo etiam artificio
quibus inlustratis sapientia duce bonum uirum et ob
causam cernat se beatum fore.] 18 opтımo *corr e*

datum, ut sibi eos, quos in auspicio esse iusserit, caelique partes sibi definitas esse traditas, e quibus saepe opem rei publicae ferre possit. deinde de promulgatione, de singulis rebus agendis, de priuatis magistratibusue audiendis.
44 tum leges praeclarissimae de duodecim tabulis tralatae duae, quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari nisi maximo comitiatu uetat. et nondum inuentis seditiosis tribunis plebis, ne cogitatis quidem, admirandum tantum maiores in posterum prouidisse. in priuatos homines leges ferri noluerunt; id est enim priuilegium: quo quid est iniustius, cum legis haec uis sit, scitum et iussum in omnis.

---

1 auspicio *Victorius* auſpıтıa *A* auſpıcıae ſeıuſſerıт *B* [*Haec Huschkius non recte interpretatus est et emendando deprauauit: recte Mommsenus De iur. publ. Rom.* 1, 30; *oratio autem ita euoluenda:* auguris est meminisse Ioui se administrum datum ut sibi ei (administri dati sint) quos (sibi) in auspicio esse iusserit: *sed alterum* sibi, *ne bis siue ter in uicinitate repetitum pronomen offenderet, omissum.*] 2 equıb; *B* aequıbuſ *A* ſaeopem *B* 3 rei p./ferre *Manutius* repferr& (& *corr in* e) *A* rep̄ferr& *B* deınde ꝓmulgatıone *B* 4 ſıgulıſ *A* 5 p̄|clarıſ ſımaſ *B* p̄clarıſſımæ (æ *in rasura*) *A* 6 тralaтę (ę *corr ex* e) *A* тraſlaтae *B* prıualegıa *B* tollit *Victorius* тollı *AB* 7 comitiatu *R. Stephanus* comıтaтu *AB* 8 ueтa *B* ueтa *A* inuentis *Turnebus* ınтıſ *AB, cf. p.* 82, 6 ſe dıcıo uſıſ (*sic*) *B* ne cogitatis *Lambinus* negoтıa hıſ *B* negoтıa* ıſ (ſ *e corr*) *A* (*cf. de nat. deor.* 2, 7, 18 *p.* 407, 21 negotiari *pro* ne cogitari) 9 maıorıſ *AB* 10 prıuaтoſ *A* ꝓuıdaтoſ *B* priuos *Iosephus Scaliger et Claudius Puteanus, sed uide de dom.* 17, 43 leges priuatis hominibus inrogari, id est enim priuilegium, *et alibi etiam* priuati *dicuntur pro* singulis [*cf. Buechelerum Pop. Iguu. lustrat.* 1876 *p.* 17] no lucer̄ (*sic*) *B* 12 legeſ *B* scitum et iussum *Ascensiana* ſcıтū ē ıuſſū *AB* sit (ut sit) scitum *praeeunte Scheffero Rathius, quod ut aptum est, ita num necessarium sit dubito propter simile genus de quo Maduigius disputauit de fin.* 2, 4, 13; 3, 16, 53. *Cf. Academ. pr.* 2, 9, 29 hanc enim esse regulam totius philosophiae, constitutionem ueri falsi.

ferri de singulis nisi centuriatis comitiis noluerunt; descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus plus adhibet ad suffragium consilii quam fuse in tribus conuocatus. quo uerius in causa nostra uir magni in- 45
genii summaque prudentia, L. Cotta, dicebat nihil omnino actum esse de nobis; praeter enim quam quod comitia illa essent armis gesta seruilibus, praeterea neque tributa capitis comitia rata esse posse neque ulla priuilegii: quocirca nihil nobis opus esse lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus. sed uisum est et uobis et clarissimis uiris melius, de quo serui et latrones sciuisse aliquid dicerent, de hoc eodem cunctam Italiam quid sentiret ostendere.

Sequitur de captis pecuniis et de ambitu. legesque 20 46

---

1 singulis nisi *Victorius* ſingulıſ ſı *A* ſıngulıſı *B* de singulis *cur maluerit quam* de capite ciuis, *quod et supra posuit et in ipsa lege et aliis locis, quibus huius mentio fit legis* (*cf. Schoellius XII Tab. rel. p.* 152), *nescio* centurıatıſ *uox paene euanida in A* *comıtııſ *A* 2 deſcrıptuſ *AB* ordınıb; *sed* NI *e corr B* 3 consilii *Ascensiana* ſılıı *B* ſılıı *corr* au xılıı *A* fuſae *AB* ıntrb; *B* (*sic*) 4 ıngenıı *corr ut uidetur ex* ıngenū *A* 5 ſu|maque *B* ·L·*cotta *A* 6 quāquod (ā *corr ex* e *ut uidetur*) *A* 7 comitia *editiones* amıcıtıa *B* amıcı*a *A* omnia *cum Halmio Baiterus;* comitia *tolli iusserat Maduigius* (*Opp.* 2, 165), *sed* comitia geri *ut non dicitur, ita* comitia armis geri (*quasi bellum*) *uidetur recte nec nimis audacter dici: praeterea* comitiorum *significationem aegre desideres propter ea quae sequuntur.* 8 comıtıa (a *e corr*) *A* posse neque *Turnebus* poſſent eq; *B* poſſent*eq; *A* 9 prıuılegıı *B* prıuılegıa *sed* a *e corr A* qb; nıhı *A* 10 actū ēē *B* 11 dequoſeruı& *B* deq* ſeruıat (q* *corr ex* cu *ut uidetur*) *A* latrones sciuisse se *Turnebus* patronıſ cıuıſ ſe *B* patronıſ|| cıuıſ ſe *A* 12 alıquıt *B* cunctū *B*, *in A obscurum est* 13 sentiret *editiones* ſentırem *A* ſentırē *B* 14 ſequıt (˜ *e corr*) *A* ſequıt (t *corr in* d) *B* ambitu. legesque cum *scripsi* ābıtu (ı *e corr*) legıſ quę cū (*sic*) *A* ambıtu legıſq; cū *B;* [ambitu [leges]. Quae cum (quoniam) . . sancienda sint (sunt) *post alios Halmius et Baiterus*]. *Ceterum* que *in transitu ad nouam rem ponitur ut saepe, uelut p.* 110, 2,

cum magis iudiciis quam uerbis sanciendae sint, adiungitur 'noxiae poena par esto', ut in suo uitio quisque plectatur, uis capite, auaritia multa, honoris cupiditas ignominia sanciatur. extremae leges sunt nobis non usitatae, rei publicae necessariae. legum custodiam nullam habemus, itaque eae leges sunt, quas apparitores nostri uolunt: a librariis petimus, publicis litteris consignatam memoriam publicam nullam habemus. Graeci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creabantur; nec ei solum litteras, nam id quidem etiam apud maiores nostros erat, sed etiam facta hominum obserua-
47 bant ad legesque reuocabant. haec detur cura censoribus, quando quidem eos in re publica semper uolumus esse: apud eosdem, qui magistratu abierint, edant et exponant, quid in magistratu gesserint, deque iis censores praeiudicent. hoc in Graecia fit publice constitutis accusatoribus, qui quidem graues esse non possunt, nisi sunt uoluntarii; quocirca melius rationes

---

quod ibi Baiterus neglexit: cf. Maduigius de fin. 3, 22, 73
1 ſanciendę ſ̄ *AB* sint *Victorius* 2 noxie paena *B, in A fere euanida* par|**eſto (par *in exitu uersus a corr add*) *A* ut in *editiones* & in *AB* uicio *B* 3 auaria *B* auaria (ti *superscr.*) *A* cupitaſ *B* cupitaſ (di *superscr.*) (u *in rasura*) *A* 4 ſan|tiatur *A* ſenciat̄ *B* extreme *AB* n̄ ſitate *B* n̄*uſitatę *A* (*fuit* nonſitatę, *sed extremae litterae* atę *legi uix possunt, ut plura in hac ultima pagina codicis difficile leguntur*) 6 ea lege ſunt *B* 7 conſignata *B* 9 dilicentiuſ *B* nomophylaceſ *AB* creabantur *Bakius* creantur *AB* 10 nec ii *editiones* nei *AB* 12 legeſ quae *B* cur acceſſorib; *B* *Conf.* 3, 3, 7 *de censoribus* ea potestas semper esto 14 abeoſdem *B* magiſtrati *B* 15 ex|ponat *B* deque iis censores *editiones* deq;incenſore *B atque eadem licet ualde obscura uideor in A legere* 16 publice (b *corr ex* p) *A* 17 [qui, accusatores *scilicet, non* publice constituti accusatores: *merum enim nomen refert pronomen; de quo genere dixi in ind. lect.* 1878 *p.* 7 *sq.*] graue *B* 18 niſunt (ſi *superscr.*) *A* uoluntariuſ *B* uoluntarii* *A* quocircumeliuſ *B* quocircameliuſ *sed* a *corr ex* o *uel* u *A* *post* melius *addunt* est *editores*

referri causamque exponi censoribus, integram tamen legi, accusatori iudicioque seruari. sed satis iam disputatum est de magistratibus, nisi forte quid desideratis.

Atticvs. Quid? si nos tacemus, locus ipse te non admonet, quid tibi sit deinde dicendum?

Marcvs. Mihine? de iudiciis arbitror, Pomponi; id est enim iunctum magistratibus.

Atticvs. Quid? de iure populi Romani, quem ad 48
modum instituisti, dicendum nihil putas?

Marcvs. Quid tandem hoc loco est quod requiras?

Atticvs. Egone? quod ignorari ab iis, qui in re publica uersantur, turpissimum puto: nam ut modo a te dictum est leges a librariis peti, sic animaduerto plerosque in magistratibus ignoratione iuris sui tantum

---

omnes nulla auctoritate, quod non intelligo cur hic magis necessarium ducatur quam uel p. 202, 1 *et* 2 quo nihil praestantius; impediri enim bonam rem melius quam concedi malae: [*sed in hoc genere libidine agunt editores uelut p.* 189, 11 populare sane, neminem in summum locum nisi per populum uenire *addunt* est, *non addunt p.* 203, 9 admirandum, tantum maiores in posterum prouidisse; *aut p.* 183, 8 quod nobis egregium et ad immortalitatem memoriae gloriosum, neminem tribunum potuisse reperiri. *Confer praeterea* ioculare istuc quidem et saepe derisum *p.* 58, 14; praeclara uero ista lex *p.* 190, 5; *et his similia multa per omnes libros Tullianos occurrunt.*] ratıonıſ *AB* 1 referrı cauſaq; (*sed* ı *obscurum*) *A* referrı cauſamquae *B* ıntegrū *B*
2 legı *AB* legem *editiones; de sententia confer Lycurg. in Leocr.* 2, 4 ὁ μὲν γὰρ νόμος πέφυκε προλέγειν ἃ μὴ δεῖ πράττειν, ὁ δὲ κατήγορος μηνύειν τοὺς ἐνόχους τοῖς ἐκ τῶν νόμων ἐπιτιμίοις καθεστῶτας, ὁ δὲ δικαστὴς κολάζειν τοὺς ἐπ' ἀμφοτέρων τούτων ἀποδειχθέντας αὐτῷ κτλ. *ubi* ἐπ' *non intelligunt qui* ἀπ' *aut* ὑπ' *scribi iubent.*
satis iam *editiones* ſatıſ &ıā *AB* 4 quid si nos *deteriores* qīd ſıñ (*i. e.* non) *A* quıdſın| *B* 5 qīd *A* dıcen* (dū *superscr.*) *A* dıcem *B*
8 q̃d|de ıure *A* quodeıure *B* 10 quod requiras *editiones* quıd requıraſ *AB* 11 ab hıſ *AB* 12 uerſanturpıſſımū (tur *superscr.*) *A* uer|ſantur t̃pıſſımum *B* 13 legıbuſ *B* legeſ *sed* eſ *in rasura A* peti *Manutius, Lambinus* lego *AB* animaduerto plerosque *R. Stephanus* anımaduertoroſq; *B* anīaduerto quoſq; *sed*

sapere, quantum apparitores uelint. quam ob rem, si de sacrorum alienatione dicendum putasti, quom de religione leges proposueras, faciendum tibi est ut, magistratibus lege constitutis, de potestatum iure disputes.

49 MARCVS. Faciam breuiter, si consequi potuero: nam pluribus uerbis scripsit ad patrem tuum M. Iunius sodalis, perite meo quidem iudicio et diligenter: nos autem de iure naturae cogitare per nos atque dicere debemus, de iure populi Romani quae relicta sunt et tradita.

ATTICVS. Sic prorsum censeo et id ipsum, quod dicis, expecto. * * *

---

aduerto qu *in rasura A* 1 aparitoreſ *B* apparitoreſ *corr ex* abp *A* uellint *B* 2 cum *uel* quom *deteriores* qm̃ (*i. e.* quoniam) *AB* [*quod nuper probauit Muellerus, ego ferri posse nego*] de religione (li *e corr*) *B, in quo* (*omissis reliquis usque ad finem libri*) *deinceps p.* 197, 14 antiquaſtiſ — *p.* 200, 9 ambitione *sequuntur suo loco omissa* 4 obconſtitutiſ (obcon *in rasura*) *A* potestatum iure *cod. Monacensis, Turnebus* (*confer Madvigium Emend. p.* 107) poteſtate tum iure *A Quae de potestatum iure in exitu huius libri exposuisse Ciceronem probabile est, ea miror Reifferscheidium in eam sententiam accepisse, quasi ille hac demum parte constitutionis magistratuum explicationem aut suasionem dedisset, cum contra ipsa comparatio cum sacrorum alienatione et religionum lege manifesto declaret, quam uim illa habuerint quamque non obstiterint praemissae iam de magistratibus disputationi qualem ex conseruata hodie parte quae est de tribunatu cognoscimus.* 5 faciam *corr ex* faciem *A* nam *editiones* non *A* 6 ad *sed* d *e corr A* sodalis perite meo quidem iudicio et diligenter *editiones* ſodalię peritũ (meo) | quidē iuditio & diligent *A* (meo *in exitu uersus legi non potest*) 7 nos autem *Bakius* noſ at* (t *corr, fuit* aũ *uel* aut) *A* 8 naturae cogitare *Turnebus* nate cogitari *A* atque *Turnebus* &que (*corr* quę) *A* 11 sic] ſit *A* prosum *Halmius* pcũ *A* profecto *editiones* quod dicis exspecto *editiones* quędiciſ ſpecto *A* M| TVLLI CICERONIS DE LEGIBVS LIBER ·III· EXPLICIT *A*

FRAGMENTA

1. Lactantius Instit. diu. 5, 8, 10. *Nunc autem mali sunt ignoratione recti ac boni. quod quidem Cicero uidit: disputans enim de legibus* sicut una *inquit* eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret ac nititur, sic omnes homines inter se natura confusi prauitate dissentiunt, nec se intellegunt esse consanguineos et subiectos omnes sub unam eandemque tutelam: quod si teneretur, deorum profecto uitam homines uiuerent.

2. Macrobius Saturn. 6, 4, 8. *Sunt qui aestiment hoc uerbum* umbracula *Virgilio auctore conpositum, cum Varro ... dixerit ... et Cicero in quinto de legibus:* Visne igitur, quoniam sol paululum a meridie iam deuexus uidetur nequedum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur, descendamus (descendatur *Macrobius*) ad Lirim eaque quae restant in illis alnorum umbraculis persequamur?

Reliqua suis locis adposita sunt in adnotatione.

Digitized by Google

To renew the charge, book must be brought to the desk.

TWO WEEK BOOK

DO NOT RETURN BOOKS ON SUNDAY

DATE DUE

Form 7079 5-53 30M S

Digitized by Google

BOUND

OCT 30 1939

UNIV. OF MICH.
LIBRARY

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02833 9037

Digitized by Google

Digitized by Google